A. §. 2. S. 7.

Es giebt in der katholischen Kirche ein wahres Priesterthum, und eine Hierarchie.

S. Concilium Trident. Seß. XXIII. Cap. VI.

Quodsi quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere, perinde, acsi contra beati Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, *præter ceteros Ecclesiasticos gradus*, EPISCOPOS, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem PRÆCIPUE pertinere, & positos, sicut idem Apostolus ait, *a Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei.* — Canones autem, qui ex ista Doctrina fuere statuti, sic sonant.

Canon I. Si quis dixerit, *non esse in novo Testamento* SACERDOTIUM VISIBILE, ET EXTERNUM,

NUM, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi evangelium — anathema sit.

Canon VI. Siquis dixerit, IN ECCLESIA CATHOLICA NON ESSE HIERARCHIAM DIVINA ORDINATIONE INSTITUTAM, quæ constet ex Episcopis, Presbyteris, Ministris, anathema sit.

B. §. 4. S. 11.

Es giebt in der Kirche eine wahre Macht.

Matthæi ult. 18.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris &c. *Docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.*

Marci ult. 15.

Euntes in universum mundum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: *Qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Joannis XX. 20.

Sicut misit me pater, ego mitto vos — quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Item

Mat-

Matthæi XVIII. 17. 18.

Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

S. CLEMENS MARTYR

Epist. ad Corinth. n. 40.

Cuncta ordine debemus facere, quæ Dominus jussit peragere, statutis temporibus oblationes, & officia perfici, neque temere, vel inordinate fieri præcepit, sed præfinitis temporibus, & horis, ubi etiam, & a quibus celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut pure, & sancte omnia facta in beneplacito accepta essent voluntati eius. Summo quippe sacerdoti munia tributa sunt, & sacerdotibus locus proprius est assignatus, & Levitis sua ministeria incumbunt. Homo laicus præceptis laicis constringitur. Unusquisque vestrum, fratres! gratias Deo habeat in bona conscientia degens, non transgrediens *præceptam muneris sui regulam* in honestate. Prædicantes igitur (pergit n. 42.) per regiones, ac urbes primitias earum Spiritu cum probassent, in Episcopos & Diaconos, qui credituri erant, constituerunt; *neque hoc nove*; a multis enim temporibus de Episcopis, & Diaconis scriptum fuerat. Sic enim

alicubi dicit ſcriptura: *Conſtituam Epiſcopos eorum in juſtitia, & Diaconos eorum in fide.* — Tandem concludit n. 44. Et Apoſtoli noſtri cognoverunt per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quod futura eſſet contentio de nomine Epiſcopatus, ob eam ergo cauſſam accepta perfecta præcognitione conſtituerunt ſupradictos. Et deinceps futuræ ſucceſſionis regulam tradiderunt, ut, cum illi decederent, miniſterium eorum ac munus alii exciperent.

Es wird in der Ausübung der geiſtlichen Gewalt die Mäßigung empfohlen, und der Misbrauch verworfen.

S. GREGORIUS MAGNUS
de cura paſtor. P. II. c. 7.

Sæpe deterius frangitur, cum fractura incaute colligatur: ita, ut gravius ſciſſuram ſentiat, ſi hanc immoderantius ligamenta conſtringant. Unde neceſſe eſt, cum peccati vulnus in ſubditis corrigendo conſtringitur, magna ſe ſollicitudine conſtrictor ipſe medeatur; quatenus ſic jura diſciplinæ contra delinquentes exerceat, ut *pietatis viſcera non amittat.* Curandum quippe eſt, ut rector ſe ſubditis & *matrem pietatis, & patrem exhibeat diſciplinæ.* Atque inter hæc ſollicita circumſpectione providendum, *ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa.*

S. BER-

S. BERNARDUS

Lib. III. de consid. ad Eugenium PP.

Parentes tui (Apostoli) constituti sunt principes super omnem terram. Eis tu successisti in hæreditatem, ita, ut tu hæres Apostolorum, & orbis hæreditas. At quatenus hæc portio te contingit, aut contigerit illos, id sobria consideratione pensandum. Non enim per omnem reor modum, sed plane quatenus (ut mihi videtur) *Dispensatio* tibi super illum credita est, non data possessio; si pergis usurpare & hanc, contradicit tibi, qui dicit: meus est orbis terræ, & plenitudo ejus. Possessionem, & Dominium cede huic, tu *curam* illius habe. Pars tua hæc, ultra ne extendas manum. — Quid, inquis, non negas præesse, dominari vetas? plane sic: quasi non bene præsit, qui in sollicitudine præest. *Præsis, ut prosis*, ut fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: hoc fac, & *dominari ne affectes* hominum homo, ut non dominetur tui omnis injustitia. *Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quam libidinem dominandi.* Ista a potiori ad reliquos pertinere Episcopos per se patet.

C. §. 5. S. 14.

Die geistliche Gewalt wird vorzüglich durch die Bischöfe ausgeübet.

Huc maxime spectant textus superius allegati, quibus ulterius accedunt testimonia:

S. Pauli ad Gal. I. 7.

Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: siquis vobis evangelizaverit *præter id, quod accepistis (a nobis)*, anathema sit. Item

V. 2.

Ecce *ego Paulus dico vobis*, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Ejusdem 1. Corinth. IV. 1.

Sic nos existimet homo, *ut ministros Christi.*

Act. Apost. XX. 28.

Attendite vobis, & universo gregi, *in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

Act. XV.

Soli Apostoli & Seniores docent, multitudo tacuit, &

v. 24.

Queruntur soli Apostoli, & Seniores, quod Antiochiæ quidam docendi munus sibi arrogaverint, fideles verbis turbantes, & eorum animas evertentes, *quibus ipsi non mandassent hoc munus.*

Act. XV. 28.

Visum est Spiritui sancto, & NOBIS, nihil ultra imponere vobis oneris.

S. IGNATII MARTYRIS
Epist. ad Smyrnæos.

Omnes *Episcopum sequimini*, ut Jesus Christus patrem, & Presbyterum, ut Apostolos; Diaconos autem revereamini ut Dei mandatum. *Sine Episcopo nemo quidquam faciat* eorum, quæ ad Ecclesiam spectant. n. 8. Ne autem videretur ipsis præbere consilium, addit: qui *clam Episcopo* aliquid operatur, Diabolo præstat obsequium, n. 6.

In Epistola ad Magneseos

Ait: hortor, ut studeatis in Dei concordia omnia agere *Episcopo præsidente* Dei loco.

Item.

Sed & vos decet non familiarius aut superbe uti ætate Episcopi, sed secundum virtutem Dei patris omnem illi impertiri reverentiam, quemadmodum novi sanctos facere Presbyteros, non respicientes ad adparentem juvenilem ordinationem, sed ut prudenter in Deo credentes ipsi - - Decet itaque & *vos obedire Episcopo*, & *in nullo illi refragari;* terribile namque est tali contradicere: nec enim hunc fallit, qui videtur, sed invisibilem fallere nititur, qui non potest a quoquam falli.

In Epiſtola ad Polycarpum.

Nihil ſine voluntate tua fiat, neque tu quidquam ſine voluntate Dei agas.

S. IRENÆI

Lib. IV. contra hæreſ. Cap. XVI. n. 1.

Quapropter eis, qui in Eccleſia ſunt, Presbyteris obedire oportet, his, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis.

S. CYPRIANI

in Epiſtola IX.

Quod enim non periculum metuere debemus de offenſa Domini, quando aliqui de Presbyteris nec Evangelii, nec loci ſui memores, ſed neque futurum Domini judicium, neque nunc ſibi præpoſitum Epiſcopum cogitantes, quod nunquam omnino ſub anteceſſoribus factum eſt, cum contumelia, & contemptu totum ſibi vindicent.

In Epiſtola XI.

Audio quosdam de Presbyteris nec Evangelii memores, nec, quid ad nos Martyres ſcripſerint, cogitantes, nec *Epiſcopo honorem Sacerdotii ſui & cathedræ reſervantes* jam cum lapſis communicare cœpiſſe.

In Epiſtola LXV.

Meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, *Epiſcopos, & Præpoſitos Dominus elegit,*

git, Diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cœlos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui, & Eccleſiæ miniſtros. — Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit, poſſunt & contra nos audere Diaconi, a quibus fiunt.

In Epiſtola LXIX.

Inde enim ſchismata, & hæreſes obortæ ſunt, & oriuntur, dum *Epiſcopus, qui unus eſt, & Eccleſiæ præeſt*, ſuperba quorumdam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus judicatur.

S. CYRILLI ALEXANDRINI

Epiſt. ad Domn.

Condolere nos fratribus neceſſarium eſt, quandoquidem conſacerdotum (Epiſcoporum) aliqui ſe paſſos affirmant, & hoc a propriis clericis, *quos erat neceſſarium ſubdere tanquam patribus cervicem*, & eſſe *ſubjectos ſecundum placitum Dei, & Eccleſiæ regulas* talia decernentes; hoc ergo præſumi quovis modo turpiſſimum eſt.

Concilii Antiocheni de an. 341. *Can.* 24.

Quæcunque res Eccleſiæ ſunt, eas *gubernari* & *diſpenſari* oportet cum judicio, & *poteſtate Epiſcopi*, cui commiſſus eſt populus, & animæ, quæ in Eccleſia congregantur.

Concilii Sardicensis cap. 17.

Sicut ille (Episcopus) Clericis sincerum exhibere debet amorem caritatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent ministro suo exhibere obsequia.

Concilii Lateranensis I. can. 7.

Cura, & rerum Ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi *judicio*, & *potestate* permaneat.

Capitularium L. V. Cap. 322.

Quia constat, religionem christianam *per successores Apostolorum* salubriter administrari, populisque ad vitam æternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium judicavimus omnibus præcipere, ut honorem debitum venerabilibus Episcopis absque ulla simulatione, & detractione impendant, *eisque in omnibus ut patribus obediant*, & quidquid pro salute animarum monuerint, prout melius potuerint, adimplere satagant.

C. §. 8. S. 12. 13.

Die verhältnißmäßigen Mittel zur Seligkeit sind die Glaubens- und Sittenlehren, die heiligen Sakramente rc.

Joan. III. 16.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, *qui credit in eum*, non pereat,

pereat, ſed habeat vitam æternam. . . Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit, jam judicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei.

Marci ult. v. 14.

Qui *crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſalvus erit.*

Joan. XVII. 3.

Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

Act. Apoſt. Cap. XIII. 38.

Notum igitur ſit vobis, viri fratres, quia *per hunc* (Jeſum Chriſtum) vobis remiſſio peccatorum annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuiſtis in Lege Moyſi juſtificari, *in hoc omnis qui credit, juſtificatur.*

S. Paulus ad Romanos VI. 12.

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. *v.* 13. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes.

v. 19.

Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra *ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.*

v. 22.

Nunc vero liberati a peccato, ſervi autem facti Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, *finem vero vitam æternam.*

Joan. VI. 54.

Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. v. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.

S. PACIANUS
in parœneſi ad pœnit.

His igitur nos omnibus, multisque præterea carnalibus vitiis, ut citius ad deſtinata quisque perveniat, ſanguis Domini liberavit redemptos a ſervitute legis, & libertate fidei emancipatos. Ideo Apoſtolus Paulus: *Vos autem in libertatem vocati eſtis.* Hæc illa libertas, quod non omnibus adſtringimur, quibus veteres tenebantur, ſed donata, ita dixerim, ſilva delictorum & remediorum indulgentia deſtinata in pauca concluſi ſumus, & neceſſaria, quæ & ſervare facillimum eſſet credentibus, & cavere, ut meritiſſimo tartarum non recuſaret, qui tantæ donationi ingratus, ne hæc quidem pauca ſervaſſet.

FUL-

FULBERTUS CARNOTENSIS

in Epist. ad Deodat. Tom. XVIII. Biblioth. PP. Lugd. p. 4.

In rebus ſacramentariis, de Tribus, quæ ſunt neceſſaria ad profectum chriſtianæ Religionis, non tantum, quæ videntur ſpectare, quantum inviſibilem myſteriorum potentiam fideliter æſtimare. Quid enim ad fidem venientes proficere arbitramur, ſi nihil ultra, quam quod viſibilibus motibus agitur, regenerantis gratiæ præſtet effectus? Scimus, & vere ſcimus, nos prima nativitate pollutos, ſecunda nativitate mundatos; prima nativitate captivos, ſecunda nativitate liberos; prima nativitate terrenos, ſecunda nativitate cœleſtes; primæ nativitatis vitio carnales, ſecundæ nativitatis beneficio ſpirituales; per illam filios iræ, per iſtam filios gratiæ.

D. §. 15. S. 28. 29.

Die Bischöfe haben die Gewalt und Obliegenheit, das Evangelium zu predigen.

S. IRENÆUS

Lib. II. contra hæreſes. Cap. 4.

Non oportet apud alios quærere veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere. Cum Apoſtoli in depoſitorium dives pleniſſime in eam contulerint omnia, quæ ſunt veritatis, ut omnis, quicunque velit,

velit, ſumat ex ea potum vitæ. Quid autem, ſi neque Apoſtoli ſcripturas reliquiſſent, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebat Eccleſias.

TERTULLIANUS
de præſcriptione C. 21.

Hinc igitur dirigimus præſcriptionem, ſi Dominus Jeſus Chriſtus Apoſtolos miſit *ad prædicandum*, alios non eſſe recipiendos prædicatores, quam Chriſtus inſtituit: quid autem prædicaverint, id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, non aliter probari debet, niſi per easdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epiſtolas.

S. Concil. Trident. Seſſ. V. C. II.

Quia chriſtianæ Reipublicæ neceſſaria eſt prædicatio Evangelii, & hoc eſt *præcipuum Epiſcoporum munus;* ſtatuit ſancta Synodus, omnes Episcopos, & alios Eccleſiarum prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitime impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Jeſu Chriſti Evangelium.

E. §. 16.

E. §. 16. S. 29. 30.

Die Bischöfe haben die Macht, die dunkeln Glaubens- und Sittenlehren zu erklären, und die zweifelhaften zu entscheiden.

TERTULLIANUS

L. de præſcript. Cap. 28. 29.

Age nunc, omnes erraverint . . nullam reſpexerit Spiritus ſanctus, uti eam in veritatem deduceret, ad hoc Miſſus a Chriſto, ad hoc poſtulatus de Patre, ut eſſet Doctor veritatis: neglexerit officium Dei Villicus, Chriſti Vicarius, ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quod ipſe per Apoſtolos prædicabat. Ecquid veriſimile eſt, ut tot, ac tantæ in unam fidem erraverint? Nullus inter multos eventus unus eſt; exitus variaſſe debuerat error Doctrinæ Eccleſiarum; ceterum quod apud multos unum invenitur, non eſt erratum, ſed traditum. Audeat ergo aliquis dicere, illos erraſſe, qui tradiderunt? quomodo ſit erratum, quamdiu hæreſes non erant.

Idem c. 33.

Latius oſtendit, novas hæreſes ab Apoſtolis fuiſſe damnatas, & Apoſtolicas Eccleſias ad inveniendam veritatem religionis chriſtianæ eſſe conſulendas c. 35.

S. AU-

S. AUGUSTINUS

Lib. contr. cresc. grammat. c. 23.

Scripturarum a nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod universæ jam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, ut quoniam sacra Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit obscuritate quæstionis, eandem *Ecclesiam* de illa consulat, quam sine ambiguitate scriptura commendat.

Idem Lib. de utilit. cred. c. 14.

Cur non *apud nos potissimum* diligentissime requiram, quid Christus præceperit, quorum authoritate commotus, Christum aliquid præcepisse jam credidi.

CAPREOLUS EPISC.

Act. Syn. eph. I.

Qui illam perpetuam stabilitatem retinere voluerit, quæ de catholicæ fidei ratione statuerit, is non propria authoritate, sed antiquorum Patrum judicio sententiam suam corroborare debet, ita, ut ea ratione partim veterum, partim recentiorum decretis, & sententiis placita sua comprobans, unicam Ecclesiæ unitatem jam inde ab initio ad præsens usque tempus simplici puritate, invictaque constantia, & authoritate decurrentem se asserere, docere, & tenere ostendat.

VIN-

VINCENTIUS LIRINENSIS

Commonit. c. 2.

Hic forsitan requiret aliquis, cum sit perfectus Scripturarum canon, sibique ad omnia satis, superque sufficiat, quid opus est, ut ei ecclesiasticæ Intelligentiæ jungatur authoritas? quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sua altitudine, non uno, eodemque sensu universi accipiunt, sed ejusdem eloquia aliter alius, atque alius interpretatur, ut pene, quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse viderentur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius &c. exponit atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, *ut propheticæ, & apostolicæ interpretationis linea secundum ecclesiastici, & catholici sensus normam dirigatur.*

F. §. 17. S. 33. 35.

Die Bischöfe haben das Recht und die Gewalt, die Ungehorsamen zu strafen.

TERTULLIANUS

in Apolog. c. 39.

Etiam exhortationes, *castigationes, & censura divina:* nam & judicatur cum magno pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri judicii præjudicium est, siquis ita deliquerit,

ut

ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis ſacri commercii relegetur.

S. CYPRIANUS

Epiſt. 62.

Interfici Deus juſſit ſacerdotibus ſuis non obtemperantes - - ſed tum quidem gladio occidebantur, quando adhuc circumciſio carnalis manebat; nunc autem, quia circumciſio ſpiritualis eſſe apud fideles Dei ſervos cœpit, *ſpirituali gladio ſuperbi, & contumaces necantur*, dum de Eccleſia ejiciuntur; neque enim vivere foris poſſunt, cum Domus Dei una ſit, & nemo ſalvus eſſe, niſi in Eccleſia, poſſit.

S. CHRYSOSTOMUS

Homilia de Anathem.

Heus! quis tu tantæ authoritatis, qui tantam tibi uſurpas anathematizandi poteſtatem? Cur dignitatem tantam aſſumis, quæ Apoſtolis tantum communicatur, & illis, qui illorum ſunt idonei ſucceſſores.

Idem Homilia XXII. in Epiſt. II. Corinth.

Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, *ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum*, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti,

ſti, & in promptu habentes *ulciſci omnem inobedientiam.*

S. AUGUSTINUS
L. I. adv. leg.

Et ad id quidem poteſtatem accepimus, ut ædificemus, ſi autem reluctetur aliquis, & pugnet, & inſanabilis ſit, etiam actione utemur altera, *ut eum deſtruamus & dejiciamus.*

Idem.

Claves regni cœlorum ſic dedit Chriſtus Eccleſiæ, ut non ſolum diceret, quæ ſolveritis, verum etiam adjungeret, quæ ligaveritis &c. — quia bona eſt vindicandi juſtitia: illud enim quod ait: *Si nec Eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus*, gravius eſt, quam ſi gladio feriretur, ſi flammis abſorberetur, ſi feris ſubjiceretur, hæc ſunt arma illa, quæ Paulo non carnalia, ſed potentia Deo &c.

GERSONIUS
de poteſtate Eccleſiaſtica Tom. II. p. 230-232.

Proprie dicitur jurisdictio facultas, ſeu poteſtas propinqua dicendi, vel ſententiandi jus in alterum etiam invitum. Et hæc duplex eſt, temporalis & ſpiritualis. Temporalis exercetur ſecundum leges civiles, ad finem quietæ converſationis humanæ pro hac vita, ſpiritualis autem exercetur ſecundum leges canonicas, ad finem principalem æternæ Beati-

tudinis consequendæ, addita est vero *pro inobedientium coercitione, pænalis excommunicatio:* & sunt, qui dicunt, pœnam hanc esse ultimam, quam infligere possit Ecclesiastica potestas jurisdictionis ex institutione Christi sola primaria; sic quod non extenditur ad incarcerationem, nec ut aliquis adjudicetur morti, vel flagello corporali; sed facit hoc Ecclesiasticus, dum facit, ex concessione Principum.

Idem l. c. consid. 4.

Potestas Ecclesiastica Jurisdictionis est potestas Ecclesiastica coercitiva, quæ valet exerceri in alterum etiam invitum ad dirigendos subditos ad finem beatitudinis æternæ.

G. §. 20. S. 36. 37.

Die Kirche kann die Ungehorsamen und Widerspänstigen der geistlichen Güter berauben.

S. Paulus 1. *Corinth. V.* 3. 4. 5.

Ego quidem absens corpore, præsens autem Spiritu jam judicavi ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi congregatis vobis & meo Spiritu cum virtute Domini nostri *Jesu tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus salvus sit.*

Idem

Idem 2. Corinth. XIII. 10.

Ut non præſens durius agam, ſecundum poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

Idem 2. Corinth. X. 4. 5. 6.

Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & *in promtu habentes ulciſci omnem inobedientiam.*

BOSSUET

Defenſ. Cler. Gallic. T. I. p. 259.

Habent Epiſcopi omnes a Chriſto, ut docendi cathedram, ita *virgam coercendi* & ligandi auctoritatem.

H. §. 22. S. 38. 40.

Der Kirchenbann hat an und für ſich keinen Einfluß auf den Menſchen, in ſo weit er Menſch oder Bürger iſt.

S. Paulus 2. Corinth. X.

In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus, *nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt*, ſed potentia Deo &c.

Idem Epist. ad Philipp. C. III. v. 20.

Nostrum *politeuma totum est in cœlis*, unde Salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum expectamus.

S. BERNARDUS

Lib. 1. de consid. Cap. 5.

Non monstrabunt puto, ubi aliquando quispiam Apostolorum judex sederit hominum, aut divisor terminorum, aut distributor terrarum. Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra, quoniam propter illa, & non propter has accepistis claves regni cœlorum, *prævaricatores utique exclusuri, non possessores*, quænam tibi major videtur dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prandia dividendi, sed non est comparatio, habent hæc infima & terrena judices suos, reges & principes terræ, quid fines alienos invaditis.

BARCLAI

de potestate Papæ C. 14.

Concedimus itaque Principem. . . ab Ecclesia, vel ejus capite & summo Pastore in terris, Papa cogi posse, sed pœnis tantum spiritualibus, quarum metus viro bono quibuscunque suppliciis gravior est.

I. §. 23. S. 40. 42.

Die Bischöfe haben die Gewalt, die Ungehorsamen und Widerspänstigen unabhängig von irgend einer weltlichen Macht zu excommuniciren.

BASNAGE

Annotat. polit. Eccles. T. II. dissert. IV. de Eccles. tribun.

Tribunal Ecclesiæ . . . jubente Deo erectum fuisse . . facile largimur . . . *neque a principum voluntate Ecclesiæ tribunal*, SED AB IPSO CHRISTO originem ducit, præcipiente, ut pertinax abjiciatur, quæ lex, ignorante Magistratu, lata est. Imperatoribus sane ethnicis, flagitiosos censuris Ecclesia suis vexabat, quum liquet id juris sibi proprium fuisse, *nec a terrenis potestatibus communicatum* . . Annis pene trecentis, dum Imperatores ethnici rerum potiebantur, Ecclesia, *absque Magistratu*, disciplinam exercebat, ac hæreticos & flagitiosos a societate sua rejiciebat.

Concilium Cameracense de anno 1565. *Tit. de potest. & Jurisd. Eccles.*

Sane juri divino, nedum sacris repugnat canonibus, quod judices laici, quibus de rebus Ecclesiæ disponendi nulla est attributa potestas, non raro

prohibeant, mandentque judicibus ecclesiasticis, ne excommunicatum a jure declarent, & denuntient, aut ne quem excommunicent, vel ut latam excommunicationis sententiam revocent.

DU PUY

Jurisd. Crim. L. des Lib. Gall. T. I. P. II. c. II.

Haud immerito (ut videtur) Episcopi conqueruntur adversus Edicta, quibus judices laici illis præcipiunt, ut excommunicatos *ad cautelam absolvant*, non enim Episcopus puniri potest, nisi transgrediatur leges, aut canones, qui in usu sunt, nec etiam Principis administris competit condere leges, sed duntaxat canonum, legumque executionem urgere. *Jam vero nulla lege, nulloque canone Episcopus, aut Ecclesiasticus tenetur excommunicare, vel absolvere*

Il semble, que les Evêques ont raison de se plaindre des ces ordonnances (par les quelles les juges laïques leur enjoignent d' absoudre les excommuniés ad cautelam) car on ne peut punir un Evêque, s' il ne viole les loix, ou les canons, qui sont en usage: & ce n'est pas aux officiers du Prince de faire des loix, mais seulement de faire exécuter les canons & les loix. Or, *aucune loi, ni aucun canon n'oblige un Evêque, où un Ecclesiastique d'excommunier, ni d'ab-*

vere ad arbitrium potestatis politicæ, nisi ipsemet judicet, id jure fieri posse, aut nisi id præcipiant canones.

d'absoudre à la discrétion du magistrat lors qu'il ne juge pas lui-même, qu'il y a lieu, & que les canons ne l'ordonnent point.

L. §. 25. S. 45.

Die Excommunication kann rechtmäßiger Weise nur *a)* gegen widerspänstige Glieder, *b)* in Absicht sie zu bessern, oder größers Uebel zu verhindern, *c)* und in Umständen, wo sich dieses oder jenes hoffen läßt, verhänget werden.

S. CYPRIANUS
Epist. 62.

a) Interfici Deus jussit sacerdotibus suis, judicibus, a se ad tempus constitutis, non obtemperantes: sed tum quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumcisio carnalis manebat. Nunc autem, quia circumcisio spiritualis esse apud fideles Dei servos cœpit, spirituali gladio SUPERBI & CONTUMACES necantur.

S. AUGUSTINUS
Lib. de fide & oper. c. 26.

Nisi essent quædam *ita gravia,* ut etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus:

 con-

congregatis vobis, & meo ſpiritu tradere ejusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu. Unde etiam dicit: ne lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non *egerunt pœnitentiam* ſuper immunditiam & fornicationem, quam geſſerunt. Item, *niſi eſſent quædam* non ea humilitate pœnitentiæ ſananda, qualis in Eccleſia datur eis, qui proprie pœnitentes vocantur, ſed quibusdam correptionum medicamentis, non diceret ipſe Dominus: corripe eum inter te, & ipſum ſolum, & ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum. Poſtremo, *niſi eſſent quædam*, ſine quibus hæc vita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione, quam docuit, ut dicamus, dimitte nobis debita noſtra &c.

S. GREGORIUS

in Decret. cap. 4. *diſt.* 45.

Per ſpiritum charitatis & pacis omnis materia ſcandalorum, & præſumptio invidorum, atque oppreſſio ſimplicium fratrum, de Eccleſiis Domini auferantur.

S. LEO

Cap. 6. *diſt.* 45.

Qui, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Jeſu Chriſti; facile ab hac lege diſcernuntur, & dum *dominari* magis, quam ſubditis *conſulere* quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. *Ibid.*

Ibid. cap. 8.

Caſtigatus reverentiam exhibet caſtiganti; aſperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec ſalutem: *Vera juſtitia compaſſionem habet; falſa dedignationem.*

Ibid. cap. 15.

Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum: ſed magis occidit, & in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores magis per *humilitatis* & *manſuetudinis* levamentum ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per auſteritatem in foveam perditionis nutantes propellere.

S. GREGORIUS

Diſt. 46. *c.* 1.

Vos autem cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Cum auſteritate, & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non *tranquille ratiocinando corrigere*, *ſed aſpere inflectere dominando feſtinant.*

LEO

Epiſt. 89. *cap.* 5.

Ad indignantis Sacerdotis arbitrium fieri non debet, quod in magni reatus ultionem invitus & dolens debet inferre animus vindicantis. Judicare digne nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſuum vel *odium*, vel *gratiam* ſequuntur. C. judicare II.

 q. 3.

q. 3. imo ligandi facultate ſe privant, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non ſubditorum moribus exercent. C. ipſe ibid.

Quare Chriſtus Luc. 22. Apoſtolos inſtruens, reges gentium, inquit, dominantur eorum; & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic.

S. CHRYSOSTOMUS

Lib. 2. de Sacerd.

Complures recenſere poſſem, quos conſtat in extrema mala adactos, non ob aliud; niſi quod digna ab eis pœna, & quæ peccatis perpetratis par eſſet, exigeretur: *Neque enim temere ad delictorum modum oportet, & mulctam ipſam adhibere; ſed tanquam conjecturis quibusdam explorandus eſt delinquentium animus: ne qua fiat, ut dum conſuere vis, quod interruptum eſt, ſciſſuram deteriorem facias;* ac dum eum, qui lapſus eſt, erigere, atque emendare ſtudes, caſus ipſe major per te reddatur. Humanus enim animus poſtquam verecundiæ fines ſemel tranſire coactus eſt, in indolentiam dilabitur; tum autem neque blandis verbis paret, neque minis flectitur, neque beneficiis movetur.

Concil. Trident. Seſſ. 13. *c.* 1.

Ut Epiſcopi paſtores ſe, non percuſſores eſſe meminerint: atque ita præeſſe ſuis oportere, *ut non in iis dominentur; ſed illos tanquam filios & fratres* *dili-*

diligant, elaborentque ut hortando & monendo ab illicitis deterreant: ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen, ſiquid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli ab eis eſt ſervanda præceptio, *ut illos arguant obſecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cum ſæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam auſteritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus charitas, quam poteſtas.*

S. AUGUSTINUS

L. III. Cont. Epiſt. Parmen. c. 2.

Præ omnibus juvat hoc S. Auguſtini adducere teſtimonium, ea maxime de cauſſa, quod regulas ſuggerat, *quo pacto* & quam *exquiſita moderatione* hiſce pœnis ultimis uti pios, ac ſapientes Eccleſiæ rectores ex mente, ac Spiritu Chriſti oporteat.

Itaque commentans in textum Apoſtoli 1. Corinth. V. 9. dicentis; *ſcripſi vobis in epiſtola: ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi; alioquin debueratis de hoc mundo exiiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut maledicus, cum ejusmodi nec cibum ſumere:* ſequentes regulas circa *uſum* excommunicationis ſtatuit.

1) Negat, Apoſtolum velle, ut omnium impiorum fugiamus convictum: *Cum opus noſtrum in hoc mundo illud ſit, ut peccatores Chriſto ad*

ſalu-

salutem lucremur; quod fieri non poterit, si eorum colloquia & convictum fugiamus.

2) Ait, certum esse, Apostolum l. c. *de separatione etiam corporali agere*, (non tantum de *spirituali*, quæ cordis ab eorum peccatis alienatione fieri omnium malorum respectu debet) & *quidem non ab iis malis, qui Christiani non sunt; sed ab eis, qui Christiani sunt;* cum dicat mox v. 12. ibid. *quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? nonne de his, qui intus sunt* (id est, in Ecclesia) *vos judicatis? nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.*

3) Subdit post hæc regulam generalem: *Siquis Christianorum, id est, in Ecclesiæ societate constitutorum, ob aliquod peccatum anathemate dignus habeatur, tunc eo feriendum esse; ubi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione*, de qua ipse Apostolus dicit *II. ad Thessal. V. ut inimicum eum non existimetis; sed corripite ut fratrem. Non enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Cum enim Dominus dixit servis volentibus zizania colligere Matth. XIII., sinite utraque crescere usque ad messem, præmittendo caussam hanc: ne forte, cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum; satis ostendit: cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet, id est, cum ita crimen notum est omnibus & execrabile, ut vel nullos prorsus, vel non*

tales

tales habeant defensores, per quos possit schisma contingere, non debere dormire severitatem disciplinæ.

Tunc enim ille timore percutitur, & pudore sanatur; cum ab universa Ecclesia se anathematizatum videns, sociam turbam, quacum in delicto suo gaudeat, & bonis insultet, non potest invenire.

4) Tum pergit: *Cum vero idem morbus plures occupaverit, nihil aliud restat, quam dolor & gemitus, quo ad eum, qui errare non potest, clament, ne perdas cum impiis Deus animam meam, cum viris sanguinum vitam meam.* Psal. XXV: *ne cum voluerint colligere zizania, eradicent simul & triticum. Si enim peccati contagio multitudinem invaserit; divinæ disciplinæ severa misericordia necessaria est, & flagellum aliquod Domini; quo illi corripiantur, qui jam propter multitudinem non possunt ita corripi, ut ab eorum conjunctione se ceteri continerent, & eos erubescere facerent.* NAM CONSILIA SEPARATIONIS ET INANIA SUNT, ET PERNITIOSA, ATQUE SACRILEGA, QUIN ET IMPIA ET SUPERBA, *& plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos.*

5) *Turba iniquorum*, inquit ulterius, *cum facultas est in templis promendi sermonem, generali objurgatione ferienda est; & maxime, si occasionem atque opportunitatem præbuerit aliquod Domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meri-*

meritis vapulare. Tunc enim aures humiles præbet emendanti calamitas auditorum, faciliusque in gemitum confitendi quam in murmura resistendi afflicta corda compellit. - - Quamquam & si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur multitudine multitudo. Nam sicut separata sævire, sic in ipsa congregatione objurgata gemere consuevit.

Quam ob rem illud præceptum Apostoli nullo modo negligendum est, ut a congregatione bonorum malus separetur; cum sine periculo pacis fieri potest: Et ejusdem illud præcipue attendendum, ut sufferentes invicem studeamus servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Potest enim utrumque fieri ab eis, quibus dictum est: beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

6) Denique illud sapientissime addit ibid. *c.* 5. *Nulli boni ab Ecclesia sine schismatis sacrilegio se ipsos possunt dividere, eo quod malos in ea juxta se boni patiantur: quia tali modo vexationi frumentorum non parcitur, usurpantibus hominibus ante messem, quod Angeli in messe facturi sunt. Per totam enim istam Ecclesiæ civitatem, toto orbe diffusam, quæ abscondi non potest, quia supra montem constituta, justi gemunt, & mærent ob iniquitates, quæ sunt in medio eorum. Non ergo quærat quis separatos justos: sed cum ipsis in malorum temporali commixtione concorditer gemat.*

Ecce!

Ecce! admirabilis ſapientiæ & caritatis regulas, Auguſtini corde paterno & ingenio dignas! O quot quantave Eccleſiæ mala nunquam vidiſſet chriſtianus orbis; ſi iſtas regulas attendiſſent rectores gregis Chriſti, priusquam cum virga venirent ad hunc. Quid diceret Auguſtinus, ſi multitudinem excommunicationum ipſo facto incurrendarum, & cenſurarum catalogos legeret; ſi audiiſſet de interdictis regnorum, anathematis in principes & regna latis? Nonne illud? heu! quanta cum ſtrage frumenti optimi zizania, o Miniſtri Jeſu Chriſti, eradicatis ante meſſem.

V. Bened. Stattler Demonſt. cathol. Sect. II. C. IX. in nota ad §. 211.

M. §. 47.

Die Kirche kann die Länder eines excommunicirten Fürſten nicht einem dritten ſchenken.

Fleury Diſcours XII. ſur l'hiſt. Eccleſ.

Titulus, ex quo ſummi Pontifices ſibi jus in temporalia regum arrogarunt, ortum traxit ab excommunicatione. Una ex parte ſummo

Le prétexte de la prétention des Papes ſur le temporel des Rois, eſt venû de l'excommunication. On a expliquè à la derniere rigeur la défenſe

mo rigore inculcabatur, ne quis cum excommunicato communicet, aut ullum ei honorem deferat: imo anathemate perculſi habebantur tanquam infames, & omnibus juribus ſuis exuti; altera vero ex parte, ut principum independentia ſalvaretur, illos excommunicari haud poſſe ſtatuebatur, creditum enim eſt, quod per excommunicationem plurimum eorum dignitati decedat.

Inter hæc duo extrema recurrere debemus ad antiquam traditionem, & primorum ſeculorum exempla. Perſuaſum igitur nobis eſt, quod clavium poteſtas ſe extendat ad omnes fideles, quod ſupremi Principes æque, ac privati, longe rarius tamen, & cum

défenſe d'avoir aucun commerce avec les excommuniés, ni de leur rendre aucun honneur: on les a regardé comme infâmes, & comme déchus de tous leurs drois. . . De l'autre côté, pour ſoutenir l'indépendance du ſouverain, on a prétendu qu'ils ne pouvoient être excommuniés, comme ſuppoſant que l'excommunication donneroit atteint à leur dignité. . . .

Entre ces deux excès, nous nous ſommes ténûs à l'ancienne tradition, & à l'exemple des prémiers ſiécles. Nous croyons que la puiſſance des clefs s'étend ſur tous les fideles, & que les ſouverains peuvent être excommuniés, comme les particuliers, quoique bien

cum maxima cautela excommunicari valeant. Excommunicatio enim bona temporalia ne quidem privatorum afficit.

bien plus rarement, & avec bien plus deprécautions; *mais l'excommunication ne donne aucune atteinte aux biens temporels, même des particuliers.*

Concil. Tolet. VI. de anno 638. *c.* 18.

Teſtamur coram Deo, & in omni ordine Angelorum, atque coram Prophetarum atque Apoſtolorum, omniumque Martyrum choro, coram omni Eccleſia catholica, & Chriſtianorum coetu, ut nemo intendat interitum Regis, nemo vitam Principis attrectet, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica præſumptione apicem regni uſurpet, nemo quolibet machinamento, in ejus adverſitate, ſibi conjuratorum manum aſſociet. Quodſi in quidpiam horum quisquam noſtrorum temerario auſu præſumpſerit, anathemate divino perculſus, absque ullo remedii loco habetur condemnatus æterno judicio.

Propoſ. III. Hibern. contra Lovan.

Reges ſanguine, & ſucceſſione abſolutos regna ſua & imperia a Deo ſolo & immediate tanquam à cauſa principali accepiſſe, adeoque a Deo ſolo deponi poſſe affirmatur.

Propoſ. IV. V. L. des Libert. Gallic. Tom. II. Edit. de anno 1731.

Reges abſolutos omnibus hominibus præeſſe, ipſos vero *Deo ſoli in temporalibus ſubeſſe*, adeoque *a Deo ſolo judicari, temporaliter puniri, & deponi poſſe*, ſubditosve ab illorum obedientia ſolvi.

TERTULLIANUS

ad ſcapul. I. 2.

Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris, quem ſciens a Deo conſtitui, neceſſe eſt, ut & ipſum diligat, & revereatur, & honoret, & ſalvum eſſe velit.

Lucif. Lib. de non parcendo &c. Biblioth. maxima PP. Tom. 4. *p.* 240.

Quia dicis debere nos tibi obſequia, ſcito quia non tibi ſoli, ſed & omnibus nos in ſublimitate degentibus, in obſequiis repræſentantibus eſſe novimus debitores. Dicit enim Apoſtolus: *Admone illos principibus & magiſtratibus ſubditos eſſe, obedientes, ad omne opus bonum paratos eſſe.*

AMBROSIUS

Epiſt. 20. *n.* 22. 23. *nov. edit.*

Tradere baſilicam non poſſum, ſed *pugnare non debeo*. . Habeo arma, ſed in Chriſti nomine. Habeo offerendi mei corporis poteſtatem. Habemus tyran-

tyrannidem noſtram; tyrannis ſacerdotalis infirmitas eſt. Cum infirmor, tunc potens ſum.

AMBROSIUS

ſerm. contra Auxent. n. 2. nov. edit.

Dolere potero, potero flere: adverſus arma, milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma ſunt, *talia enim munimenta ſunt ſacerdotis: aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere.*

* Fruſtra ab antiquitate directa, & clariora repetuntur teſtimonia circa quæſtionem, quam vel movere tantum abhorruit ſacrorum præſulum humilitas, ſapientia & pietas. Profecto ſi Imperatoribus ethnicis expoſitum fuiſſet, ipſos, utcunque religionem chriſtianam perſequerentur, regnis ſuis privari non poſſe, poſſe autem, ſi chriſtianam religionem amplexi, & fortaſſe excommunicati fuiſſent, valde dubito, an colla ſua ſuavi Chriſti jugo tam libenter ſubjeciſſent.

N. S. 47.

Gegen den Landesherrn kann die Excommunication nur mit äußerster Behutsamkeit gebraucht werden.

SCHMID.

Thesaurus Eccles. T. VII. in Dissert. Pauli Josephi a Rieger &c. de pœnit. & pœnis Eccles. §. LVI. p. 181.

Intelligitis professo, quanta circumspectione opus sit, dum de principibus eorumque ministris excommunicandis quæstio agitatur. Equidem nemo fidelium ab Ecclesiæ regulis solutus est, nec absolute repugnat, ipsos quoque reges peccatores aut hæreticos Ecclesiæ communione indignos declarari. Ast cur *Julius* vel *Liberius* non excommunicavit Constantium maximum illum Arianorum patronum, contra quem Athanasius tamen & Hilarius tanto zelo incensi contendunt, eum modo hæreticum, modo Antichristum & alia omnia vocando? Quomodo ipse *Julianus* excommunicationem effugere potuit Liberii? Cur non fulminavit *Damasus* contra Valentem ferocissimum Catholicorum persecutorem? Cur Damasus Justinam Imperatricem Arianismi patronam non excommunicavit? Cur *S. Iricius* non subjecit censuræ Theodosium ob eruen-

cruentum facinus, ob quod communionem ei denegavit Ambrosius? Cur *Leo* non ausus est reprehendere Theodosium juniorem, qui Dioscorum & Concilium Ephesinum II. imperiali potestate protegebat? Cur non potius eum anathematis fulmine percutiendo, quam lacrymis suppliciter rogando ad obsequium perduxit? Cur tot Pontifices in Theodorici aliorumque Principum, Arianismum ante ipsorum fores foventium, hæresi conniverunt? Cur nec *Simplicius*, nec *Felix* ita puniverunt Zenonem Imperatorem Concilii eversorem Chalcedonensis, cujus auctoritatem ambo tanto cum zelo recte defendebant? Cur *Vitalianus* constantem Heraclii nepotem, hæreticum, fratricidam & sacrilegum, qui Martinum e sede dejecerat, & relegatum fame confecerat, qui in Maximum, & ejus discipulos sævierat, non modo non excommunicavit, sed & honorifice excepit? ut de innumeris aliis, quæ hic adferri possent, exemplis jam nihil dicam.

IVO CARNOTENSIS
Epist. 117.

Dispensationes rerum temporalium regibus attributæ sunt, & Basilei, id est, fundamentum populi, & caput existunt. Etsi aliquando potestate sibi concessa abutuntur, *non sunt a nobis graviter exasperandi, sed ubi Sacerdotum admonitionibus non adquieverint, divino judicio sunt reservandi,*

ubi tanto districtius sunt puniendi, quanto minus fuerint divinis admonitionibus obnoxii.

O. S. 48.

In ältern Zeiten waren die Excommunicationen ohne vorhergehende Ermahnungen ungewöhnlich.

S. AUGUSTINUS

Serm. 351. *de pœnit. n.* 9.

Plerique boni Christiani propterea tacent & sufferunt aliorum peccata, quæ noverunt, quia documentis sæpe deseruntur, & ea, quæ ipsi sciunt, judicibus Ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis sunt vera quædam, non tamen judici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam non possumus . . . *nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive sæculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum, atque convictum.*

Idem l. c. n. 10.

Auferte malum ex vobis ipsis: quibus verbis satis ostendit (Apostolus) non temere, aut quomodolibet auferendos esse malos ab Ecclesiæ communione: *ut si per judicium auferri non possunt, tolerentur potius* . . . Noluit hominem ab homine judicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordi-

nario

nario usurpato judicio, *sed potius ex lege Dei, secundum ordinem Ecclesiæ sive ultro confessum sive accusatum atque convictum.*

Idem serm. de verb. Apost. 164.

Si judex es, si judicandi potestatem accepisti, Ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documentis, testibusque convincitur, coerce, excommunica, degrada; sic vigilet tolerantia, ut non dormiat disciplina.

5. Die Excommunicationen ipso facto **waren in der ältern Kirche (einige gar wenige ausgenommen) nicht bekannt. S. 48.**

MORINUS

de administrat. sacram. pœnit. Lib. VI. *c.* 25. §. 12.

Cordatus quisque, in auctorum ecclesiasticorum, qui *undecim seculorum spatio scripserunt*, lectione tantillum versatus, mihi facile concedet, artem illam stricte præciseque & secundum formalitates logicas de censuris ecclesiasticis loquendi & philosophandi, *ante illud tempus ab ecclesiasticis auctoribus non fuisse usurpatam.* Ut enim prætercam Burchardum Wormatiensem Episcopum & Ivonem Carnutensem, Canonistarum suo tempore Coryphæos, in quorum collectionibus nihil ejusmodi deprehenditur; Hugonem Victorinum his posterio-

rem tot scriptis celebrem, in quibus tamen nihil ejusmodi agitat: Lombardus & Gratianus ἀκρόταται κεφαλαι, ille theologorum, hic canonistarum, qui annis post Ivonem quinquaginta, & Seculo XII. in decimnm tertium inclinante, per orbem christianum celeberrimi fuerunt, *nihil tamen scripserunt, ex quo conjici possit, hunc de censuris præcisum & artificialem loquendi modum illis fuisse cognitum,* imo de Gratiano facile demonstrari posset, *illi fuisse prorsus incognitum, aut hunc velut paucis sic philosophantibus plane præteritum.* Unde enim apud eos colligetur esse tantum tres censuras? depositionem & degradationem eo nomine non esse censendas? interdictum censuram esse, non autem cessationem a divinis: irregularitatem impedimentum esse canonicum, non censuram: censuras ad forum externum pertinere, non ad internum sive Sacramentum pœnitentiæ: imo ubi apud eos ipsum censuræ nomen sic acceptum, & a ceteris pœnis & & impedimentis ecclesiasticis distinctum? Istius generis quæstiones plures fieri possunt, de quibus apud istos auctores nulla memoria, licet de clavibus Ecclesiæ, e quibus originem ducunt, multus sit, & frequens sermo.

PETRUS

PETRUS DAMIANUS

Epist. XII. ad Alexandrum Papam.

Præterea circa duo quædam apud Apostolicam Sedem frequens usus obtinuit, quæ si sancta prudentia vestra judicat, ut nobis videtur, omnino digna sunt corrigi. Unum, quia cunctis fere decretalibus paginis anathema subjungitur: alterum, quia cujuslibet Ecclesiæ filius, sive clericus, sive laicus, exponere proprii excessus Antistitis prohibetur. Quorum primum, quam sit humanæ salutis immane periculum, & infinite patens vorago labentium, ac pernicies animarum clementiæ vestræ pietas non ignorat; dicitur enim: quisquis hæc, vel illa non fecerit, sive certe quisquis hoc, quod superius statutum est, irritum duxerit, vel in aliquo violaverit, anathema sit: ubi notandum, quam lubrica, quam præceps subito mendi illic procuretur occasio — — & cum dictante justitia alia sit ultione plectendus, qui plus delinquit, alia, qui minus excedit, hic graviter leviterque peccantibus æqua cunctis, & indifferens pœna, irrogatur. — — Hanc itaque homo de homine pœnam sumit, quam de sui transgressione mandati ipse quoque Deus omnipotens non præsumit. *Qui amat*, inquit, *patrem aut matrem plus, quam me*, non continuo addidit, SIT ANATHEMATISATUS, vel MALEDICTUS, sed tantum ait, *non est me dignus:*

& in lege oculus pro oculo, dens pro dente, percussura pro percussura, adustio pro adustione duntaxat exigitur, nec continuo, qui reus est, de synagoga projicitur, vel maledictione damnatur. Non enim secundum Stoicos omnia peccata sunt paria, atque idcirco indifferente sunt ultione plectenda, sed juxta modum culpæ temperanda est censura vindictæ. Porro nec *S. Gregorius*, nec *ceteri Patres*, qui diversis temporibus in Apostolicæ Sedis regimine floruerunt, hunc morem cum suis reperiuntur observasse decretis, *& vix eorum aliquando statutis anathema subnectitur*, nisi cum catholicæ fidei clausula terminatur. Quam ob rem, si sanctæ vestræ reverentiæ placet, hunc morem de cætero a decretalibus amoveri præcipiat.

6. Ganze Gemeinden sind nicht zu excommuniciren. S. 48.

S. AUGUSTINUS

Epist. 164. ad Emerit.

Illud non est tacendum, etiam cognitos malos bonis non obesse in Ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio conservandæ pacis impediat.

Idem Lib. III. contr. Epist. Parmen. Cap. I.

Omnis enim pia ratio, & modus ecclesiasticæ disciplinæ unitatem spiritus in vinculo pacis maxime debet

debet intueri. Unde, si vel ipsum crimen vel persona excommunicanda *sociam habet multitudinem, consilia separationis & inania sunt & perniciosa atque sacrilega*, quia & impia & superba fiunt, *& plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animosos malos.* Lib. III. contr. Epist. Parmen. Cap. II. Quando ita crimen cujusque notum est omnibus, & execrabile adparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas disciplinæ. Idem loc. cit. *Cum vero idem morbus plurimos occupavit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus.*

7. Das tridentinische Concilium hat weise Vorschriften über den Gebrauch des Kirchenbannes gemacht.

S. Conc. Trid. Sess. XXV. Cap. III.

Quamvis Excommunicationis gladius nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, *si temere, ac levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem.* Quapropter Excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus,

præ-

præterquam ab Episcopo, decernantur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, caussaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat, nec ad eas concedendas cujusvis secularis, etiam magistratus, auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus arbitrio, & conscientia sit positum: *quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit.*

P. §. 27. S. 51. 52.

Die Kirche hat die gesetzgebende Gewalt in Disciplinsachen.

Apostoli præceperunt in Concilio Jerosolymitano, ut christiani porro abstinerent a sanguine, & suffocato,

Act. XV. 28.

Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato &c.

S. Paulus 1. *Timoth. III.* 1.

Præcepit, ut bigamus ab Episcopatu excludatur. — *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum.*

Ita primi Ecclesiæ patres fideles hortati sunt ad obedientiam suo Episcopo præstandam IN OMNIBUS; uti videre est in Epistolis *S. Ignatii M.* ad Smyrn.

Smyrn. & ad Trallianos, *S. Irenæi* L. IV. cont. hær.

Sic inſtituta eſt dies Dominica loco Sabbati, & celebratio Paſchatis eodem die, & plura alia. Unde

S. AUGUSTINUS
in Epiſt. ad Januar. 118. *C. I.*

Illa, quæ non ſcripta, *ſed tradita cuſtodimus*, quæ quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi, vel *ab ipſis Apoſtolis*, *vel plenariis Conciliis*, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, *commendata*, *atque ſtatuta retineri*, ſicuti quod Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cœlum, & adventus de cœlo Spiritus ſancti, anniverſaria celebritate celebrantur: & *ſiquid aliud tale* occurrerit, quod obſervatur ab univerſa, quacunque ſe diffundit, Eccleſia. Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, ſicuti eſt, quod aliqui jejunant Sabbato, alii non . . totum hoc genus liberas habet obſervationes.

KAHREL
Jur. publ. univerſ. Sect. II. Tit. 2.

Conſtituta eſt in illa (Eccleſia) certa regiminis forma. Igitur & erit procul dubio in eadem *legum ferendarum legitima poteſtas*, *ad finem*, *ob quem inſtituta eſt*, *ſalutem nimirum fidelium*, *adcommodata*: quippe quod hoc neceſſarium ſit ad finem cujuscunque civitatis bene conſtitutæ, nemo ſanus eſt, qui ambigat.

ANT.

ANT. SCHMID

Institut. Jur. Eccles. T. I. P. II. C. 1. Sect. I. §. 14. 15.

Leges hæ ecclesiasticæ, uti & omnis jurisdictio sacra, fini Ecclesiæ subserviat, oportet: *hic autem unice est salus æterna ejus membrorum;* eo proin aliqua ratione leges hæ sacræ colliment. Atque sicut potestas sæcularis in spiritualia involare non debebit, suam illis jurisdictionem interponendo, ita nec Ecclesia in res vicissim temporales.

Idem l. c. Sect. III. §. 52.

Nulla erit Respublica, in qua, pro temporis varietate, novæ leges necessariæ hinc inde non erunt. Hæc quippe potestas Ecclesiæ in Concilio generali congregatæ, vel maxime competit. Sed & Ecclesiæ non congregatæ de remedio prospectum esse debet. Jure itaque necessario ad primatum spectabit pro temporis necessitate opportunitateque, *novas etiam leges* condere.

Idem l. c. Sect. V. §. 19.

Competit Episcopo procul dubio jus, leges pro sua diœcesi ferendi.

Consult. Cassandri apud Grot. T. IV. Collect. I. Edit. de anno 1679.

Nec illud negandum est, Episcopis, ut olim Apostolis, potestatem esse *ordinandi & constituendi leges*

leges quasdam & observationes ecclesiasticas, quibus & ordo observetur, & cleri, ac populi *disciplina communiatur*.

Idem in annot. ad l. c.

Cum Episcopis commissum sit Ecclesiæ regimen, & nullum sit regimen sine jure constituendi quædam, sequitur hinc, Episcopum cum Presbyterorum ordine in sua Ecclesia, & Episcopos canonice congregatos, quædam *constituere posse ad rectum ordinem. . . deinde ad cavenda ea, quæ infirmos animos a recto cursu possent avertere.*

Loix Eccles. P. I. C. 19. *préamb.*

Ecclesiæ pariter competit jus fideles instruendi in fidei dogmate, *condendi leges pro interna disciplina*, ministros constituendi, eos, qui à canonibus præscripta exequi negligunt, exauctorandi, fidelibus pœnitentias imponendi, & suis mandatis rebelles à corpore abscindendi. Hæc sunt jura, quæ ipsemet Christus Dominus jurisdictioni Ecclesiæ suæ annexuit,

L'Eglise a parellemême le droit d'enseigner aux fideles le dogme de la foi, *de faire des loix pour la discipline intérieure*, d'établir des ministres, & de déposer ceux, qui manquent d'exécuter ce qui leur a éte ordonné par les canons, d'imposer des pénitences aux fideles, & de retrancher de son corps ceux, qui sont rébelles à ses ordres. Voilà

nexuit, & quorum usum etiam sub ethnicis Principibus Ecclesia habuit, & quæ labefactare nunquam licet, utpote a Christo Domino eidem data.

Voilà les droits que J. C. a attachés à la jurisdiction de son Eglise, dont elle a joui même sous les Empereurs payens & à laquelle il n'est jamais permis de donner atteinte, parce qu'elle la tient de J. C.

Q. §. 29. S. 55. 56.

Die geistliche Macht muß ihre Gesetze bekannt machen, und die Erfüllung derselben durch schickliche Mittel betreiben können.

PETRUS DE MARCA
Concord. Sacerd. & Imper. C. I.

Condendæ legis auctoritas *non in sola promulgatione* versatur, sed *etiam in rerum constitutarum executione*, quæ est id, quod ultimum in jurisdictione vocant Juris Consulti . . . Si proprie loqui volumus, executio canonum jurisdictionem ecclesiasticam respicit, cujus partes sunt, ut judicia canonica reddat, pœnis canonicis, & excommunicatione, degradatione, suspensione & cæteris hujusmodi reos plectat, & ut omnia uno verbo complectar, *ligandi & solvendi pontificium exerceat.*

ceat. Tuitio vero canonum a principibus pendet.

R. §. 31. S. 57. 58.

Die geistliche Macht ist eine für sich selbst bestehende Macht.

MART. GERBERT.

de Legit. Eccleſ. poteſt. circa ſacra &c. L. II. C. 3. de magiſt. Eccleſ. in fine.

Hanc divinam Eccleſiæ ſuæ proſpicientem ſolicitudinem & providentiam utinam nobiscum revererentur adverſarii, agnoſcerentque Chriſtum Ecſiam ſuam ſic conſtituiſſe, *ut non ſolum ſibi ipſi ſufficiat, nec alieno imperio, ac regimine indigeat,* ſed etiam ordinum amplitudine, majeſtate, auctoritateque omnia mundi regna longo poſt ſe relinquat intervallo: nec mundanorum regnorum viciſſitudinibus ſubſit. Atque ab hoſtibus ſuis, quos infernus nunquam non contra illam inſtruit, tantum abeſt, ut quid ſibi timendum ſit, quin hoc ſemper ſingulari Numinis divini benignitate, & forti conſilio factum cernimus, ut laceſſita amplitudine & decore creſcat, & quod de perſecutionibus Ethnicorum profeſſa eſt antiquitas, ſanguinem Martyrum eſſe ſemen Chriſtianorum, id de inſultibus hæreticorum etiam verum ſit, Eccleſiam inde novum florem, decorem, & amplitudinem nanciſci.

 Id

Id quod etiam ſperamus, dum jam dolentes cernimus, ipſos Eccleſiæ filios ad concutiendam eccleſiaſticam auctoritatem proruentes, imbibitis Proteſtantium latenter Principiis.

S. §. 58.

Die Anrufung des weltlichen Armes iſt der Wahrheit des vorigen Satzes nicht entgegen.

Concil. Arelat. VI. de an. 813.

Hæc igitur ſub brevitate, quæ emendatione digna perſpeximus, quam breviſſime adnotavimus, & Domino Imperatori præſentanda decrevimus, poſcentes ejus clementiam, ut, ſi quid hic minus, ejus providentia ſuppleatur; ſi quid ſecus, quam ſe ratio habet, ejus judicio emendetur; ſiquid rationabiliter taxatum eſt, ejus adjutorio divina opitulante clementia perficiatur.

MART. GERBERT.

de Legit. Eccleſ. poteſt. L. III. C. VI. de cura princ.

Ex eo vero, quod Eccleſia modeſto Canonis nomine uſa eſt, principes autem, dum ſuis conſtitutionibus præcipiunt obſervantiam Canonum, & judiciorum epiſcopalium reverentiam populis, nomine legis utuntur, & pœnas ex arbitrio apponunt, non

non ſequitur, plus aliquid principes hic, *quam executorum munere* defungi, dum hoc peragunt cum vi, & potentia, qua pollent, quamvis nihil referat concedere, a principibus novam *in ſua ſphæra* legis obligationem canonibus addi, eo modo, quo etiam juris naturalis, & divini capitibus novam obligandi virtutem addunt ſanctionibus, & pœnis. Sicuti vero princeps facere nequit, ut quod lege divina & naturali eſt licitum, ea ſub illis reſpectibus ſint prohibita, ita leges Eccleſiaſticas ipſe ſtatuere nequit.

T. §. 32. S. 59. 60.

Die Macht der Kirche iſt unabhängig.

CONSTANTINUS M.

in Conc. Nicæno ad Epiſcopos congregatos apud Rufinum.

Deus vos conſtituit ſacerdotes, & nobis a Deo dati judices eſtis, & conveniens non eſt, ut homo judicet Deos.

Aliquando in convivio ad Epiſcopos idem dixit, teſte Euſebio *Lib. IV. c.* 24. *Vos intra Eccleſiam, ego extra Eccleſiam a Deo Epiſcopus conſtitutus ſum.*

OSIUS ad CONSTANT.

teste S. Athan. Epist. ad vit. solit. agent.

Ne præcipe tu nobis in hoc genere, sed potius a nobis disce: tibi enim Deus imperium commisit, nobis ea, quæ sunt Ecclesiæ, concredidit &c.

S. AMBROSIUS

ad Imp. Theodos. Epist. 33.

Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere, noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto subditus Deo; scriptum est: quæ Dei, Deo, Cæsaris, Cæsari: ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ: *publicorum tibi Mœniorum jus est, non Sacrorum.*

THEODOS. IMPER.

Epist. ad Synod. Ephes. ut refert Adrianus Papa.

Illicitum est, eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum ecclesiasticis immisceri tractatibus.

S. GREGORIUS M.

ad Maurit. Imper. L. V. Epist. 25.

Scimus piissimos Dominos disciplinam diligere, ordinem servare, canones venerari, *& se sacerdotalibus negotiis non miscere.* Sic Imperatores intrepide

pide allocuti ſunt Pontifices: inter quos præcipue Felix, Anaſtaſius II., Symachus, Gelaſius, Joannes, Nicolaus, Innocentius III., uti ex hiſtoria notiſſimum eſt.

V. §. 34. S. 60.

Die Macht der Kirche iſt eine von allen andern Mächten verſchiedene Macht.

S. CHRYSOSTOMUS

Hom. IV. in illa Iſaiæ verba, vidi Dominum.

Ille quidem opportune ea, quæ *ſunt in terris*, ſortitus eſt adminiſtranda: cæterum ſacerdotii jus *e ſupernis* deſcendit: quæcunque enim ligaveritis &c.

Regi ea, quæ hic ſunt, commiſſa ſunt, mihi cæleſtia: mihi cum dico, ſacerdotem intelligo. Itaque cum videris ſacerdotem indignum, ne traducas ſacerdotium. Non enim oportet damnare res, ſed eum, qui re bona male utitur: quandoquidem & Judas proditor fuit, verum non ob id accuſatur ordo apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt Sacerdotii, ſed malum animi.

Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ. Rex reſidua pecuniarum remittit, ſacerdos autem reſidua peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur, ille neceſſitate, hic conſilio: *ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia*: ille bellum gerit cum

P 3 Bar-

Barbaris, mihi bellum eſt adverſus dæmones. Major hic principatus; propterea rex caput ſubmittit manui ſacerdotis, & ubique in veteri ſcriptura ſacerdotes inungebant reges.

Idem l. c.

Thronus regius, ait S. Chryſoſtomus, quamvis ob gemmas affixas admirandus videtur, tamen *rerum terrenarum adminiſtrationem* ſortitus eſt. Verum ſacerdotis thronus in cœlis collocatus eſt, & de *cœleſtibus negotiis pronunciandi habet auctoritatem:* quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis &c. Deus ipſum regale caput Sacerdotis manibus ſubjecit, nos erudiens, quod hic Princeps eſt illo major, ſiquidem id, quod minus eſt, Benedictionem accipit ab eo, quod præſtantius eſt.

FEVRET

de l'Abus &c. Tom. I. Ch. 7. n. 1. ait.

Duas illas jurisdictiones, quibus principabiliter mundus regitur, a Deo fuiſſe ab invicem ſeparatas, diſtinctas, & diverſas, ita ut neutra alteri ſubeſſet, cum rex in terris nullum in temporalibus ſibi ſuperiorem haberet.

Idem T. I. Ch. 5. n. 3.

Indubitatum eſt, regibus, & principibus nul-	Il eſt certain que les Rois & Princes n'ont aucun

nullum competere jus sese in res fidei ingerendi. Harum judicium plene spectat ad Ecclesiam, cujus decreta tenere, & decisionibus circa Sacramenta, doctrinam christianam, ac orthodoxam, aliasque res directe sacras obedire tenemur.

cun droit de se mêler des choses de la foi. Le jugement entier & absolû en appartient à l'Eglise, de laquelle il faut suivre les décrets & obéir aux déterminations, qu'elle a prises pour ce qui est des sacremens, doctrine chrétienne & orthodoxe & autres cas, qui vont directement au spirituel.

A dans le mandement de Mr. le Cardinal de Bissi 5. Janv. 1732.

Constanter affirmamus, & credimus, duas hasce potestates pro regendis hominibus in terra stabilitas, scilicet Sacerdotium, & Imperium, potestatem religionis, & potestatem regiminis temporalis inter se differre & esse independentes. Utraque hæc potestas immediate a Deo emanat,

Nous reconnoitrons toujours la distinction & l'indépendance des deux puissances établies sur la terre pour la conduite des hommes, le sacerdoce & l'empire, la puissance de la religion & celle du gouvernement temporel. Toutes deux immédiatement émanées de Dieu, elles trouvent chacune

nat, & quælibet in semetipsâ complectitur potestatem suæ institutioni, suoque fini propriam, & si verum est, prout dubitare nefas foret, quod una alteri mutuum auxilium præstare tenetur, hoc fieri nequit per subordinationem, aut dependentiam, sed per consensum, & mutuum consilium.

cune en elle-même, le pouvoir qui convient à leur institution & à leur fin ; & s'il est vrai, comme on ne sauroit en douter, qu'elles se doivent une assistance mutuelle, c'est par voie de correspondance & de concért & non pas de subordination & dépendance.

BARCLAI

de potest. Papæ contra Monarchomacos c. 4.

Potestas temporalis & spiritualis sive ecclesiastica sive politica licet membra sint unius corporis politici, & partes unius reipublicæ atque Ecclesiæ christianæ, *neutra tamen alteri subditur*, neutra alterius fines & jurisdictionem potest invadere sine scelere, sed ambæ... ad caput, qui Christus est, annectuntur.

MILLETOT.

Delit. comm. & privil. n. 6. *Traité inséré dans le II. T. des Lib. de l'Eglise Gall.*

Ecclesiastica, & secularis potestas sunt inter se distinctæ, & separatæ:

Ce sont deux puissances distinctes, & séparées, que l'ecclesiastique

tæ: utraque eſt ſtabilita a Deo, quælibet finem habet ſibi proprium, ſuos ſuperiores, ſuas leges, ſuas pœnas, nec una alterius officio ſe immiſcere poteſt, absque diſſidio, & perturbatione.

que & la ſéculiere. Toutes deux établies de Dieu, elles ont chacune leur fin, leurs magiſtrats, leurs loix, leurs peines, & ne peuvent entrependre les unes ſur les autres ſinon avec déſordre & confuſion.

Idem n. 36.

Dantur prœterea aliœ duœ poteſtatum ſpecies Eccleſiaſtica, & Secularis, ſive eam conſideres juxta caracterem & conſecrationem a Chriſto Domino, dum in ultima cœna ad ſuos Apoſtolos dixit: hoc facite &c. ſtabilitam, ſive hanc ſpectes juxta hanc & illam juriſdictionem tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori cauſſarum... ſemper ergo Eccleſia judicabit de juſto, & injuſto, quantum ad pec-

Et encore *il y a deux ſortes de puiſſances, l'eccleſiaſtique & la ſéculiere.* La puiſſance eccleſiaſtique ſoit que l'on parle du caractere & conſécration établie par notre Seigneur, en ſa derniere céne, lors qu'il à dit à ſes Apôtres: hoc facite &c. ou de l'une & l'autre juriſdiction, tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori cauſſarum... L'Egliſe donc connoitra de juſto & injuſto, quantum ad peccatum, & le puni-

peccatum, illudque in omnibus Chriſtianis, & Catholicis, & in foro conſcientiæ puniet per pœnarum uſum v.g. jejuniorum, precum, eleemoſynarum, peregrinationum, & in foro exteriori cauſſarum per excommunicationis gladium.

punira en tous Chrêtiens & Catholiques, & in foro conſcientiæ par l'application des pénitences, comme jeûnes, oraiſons, aumônes, pélerinages; & in foro exteriori cauſſarum, par le tranchant de l'excommunication.

X. §. 44. S. 69. 70.

Die weltliche Macht ist im natürlichen Gesetz gegründet, und also von Gott.

S. Paulus Epiſt. ad Rom. XIII.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: *non eſt enim poteſtas niſi a Deo*, quæ autem ſunt, *a Deo* ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali; vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem in illa; Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſſa gladium portat, *Dei enim miniſter eſt*, vindex in iram ei, qui male agit. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

TER-

TERTULLIANUS

Apol.

Inde eſt Imperator, unde & homo, antequam Imperator: inde poteſtas illi, unde & ſpiritus.

Prov. VIII. 18.

Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.

S. IRENÆUS

Lib. V. c. 24.

Cujus juſſu naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur.

S. AUGUSTINUS

Lib. V. de civitate Dei c. 21.

Non tribuamus dandi regni atque imperii poteſtatem, niſi Deo vero.

Idem l. c.

Qui Auguſto imperium dedit, ipſe & Neroni: qui Veſpaſianis vel patri vel filio ſuaviſſimis Imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo.

Y. §. 46. S. 72. 74.

Die Religion an sich stehet nicht unter der Macht der weltlichen Regenten.

THEODOSIUS JUNIOR
Epist. ad Synod. Ephes. Tom. III. Concil.

Nefas enim est, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere.

BASILIUS IMP.
Inter Act. VIII. Syn. œcum.

Quantæcunque enim religionis, & sapientiæ laicus existat, vel etiamsi universa virtute interius polleat, donec laicus est, ovis vocari non desinit . . . quæ ergo vobis ratio est, in ordine ovium constitutis, pastores verborum subtilitate discutiendi, & ea, quæ sunt super vos, quærendi & ambiendi.

JOANNES PAPA
Relat. ad Grat. Dist. 10. c. si Imperator.

Namque ad sacerdotes Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, *non ad sæculi potestates*, quas, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subjectas. De vobis (laicos alloquitur Basilius Imperator) quid amplius dicam, non habeo, quam quod nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonem habere: hæc enim

enim investigare, & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, ligandi, atque solvendi potestatem habent, qui ecclesiasticas atque cœlestes adepti sunt claves; *non nostrum, qui pasci debemus.*

GELASIUS PAPA
ad Anastasium Imp.

Nosti, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, *rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis*, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eisque, ut competit, disponendis, *subdere te debere cognoscis*, religionis ordine, potius quam subesse.

Avit. Vienn. in suis Epist. Biblioth. Patrum.

Ad Sacerdotes Deus voluit, quæ in Ecclesia disponenda sunt, pertinere, *non ad sæculi potestates*, quas, si fideles sint, Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit subjectas.

FELIX PAPA III.
Epist. ad Zenonem.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutum, *regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre*; & sacrosancta per earum præ-

ſules diſcere potius quam docere; Eccleſiæ formam ſequi, non huic humanitus ſequenda jura præfigere.

Codex Theod. II. XVI. Tit. 2.

Fas non eſt, ut divini muneris miniſtri temporalium poteſtati ſubdantur.

VALENTIN.

apud Sozom. hiſt. I. VI. c. 7.

Mihi quidem in laicorum ordine fas non eſt hujusmodi negotia curioſius ſcrutari; ſacerdotes vero, quibus id curæ eſt, ſeorſum, ubicunque voluerint, conveniant.

JOANNES DAMASC.

de Imag. Orat. I. circa fin.

Imperatoris edicto obtemperari (de imaginibus) non permittemus, Patrum conſuetudinem evellere conantis . . . His de rebus aliquid ſtatuere non ad Imperatores ſpectat, ſed ad concilia . . . *ligandi atque ſolvendi poteſtatem non regibus tradidit Chriſtus, ſed Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus.*

Idem Orat. II. n. 17.

Nemo mihi perſuaſerit, Imperatoris edictis Eccleſiam adminiſtrari, ſed Patrum inſtitutis regitur, ſive ea ſcripta ſint, ſive non ſcripta.

Idem

Idem l. c.

Ne tentes nunc o Imperator! *ecclesiasticum statum dissolvere.* Ait enim Apostolus: quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio Pastores, & Doctores ad perfectionem Sanctorum, *non dixit*, *Reges.* Tibi quidem o Imperator! civilis status, & exercitus commissus est. Hæc igitur cura. *Ecclesiam autem Pastoribus & Doctoribus*, ut ait Apostolus, *derelinque.*

Idem l. c. n. 19.

Hoc tibi ante omnia respondemus: *Res ecclesiasticas ad Sacerdotes Doctoresque pertinere;* Imperatoris vero exterarum rerum administrationem propriam esse.

Cap. si Imperator.

Si Imperator catholicus est, *filius est*, *non præsul Ecclesiæ* , . . ut Dei beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nihil usurpet. Ad Sacerdotes enim voluit Deus, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, *non autem ad sæculi potestates.*

SOZOMENUS

Hist. l. VI. c. 21.

Pie admodum in Deum affectus (Valentinianus) adeo, ut neque Sacerdotibus quidquam imperare, neque novare aliquid in institutis Ecclesiæ,

quod

quod ſibi deterius videretur vel melius, omnino aggrederetur. Nam quamvis eſſet optimus ſane Imperator, & ad res agendas valde accommodatus, *tamen hæc ſuum judicium longe ſuperare exiſtimavit.*

Epiſt. Honorii ad Arcadium inter Epiſt. Innoc. apud Labb. Concil. T. II.

Siquid de cauſa religionis inter antiſtites ageretur, epiſcopale oportuerit eſſe judicium; ad illos enim divinarum rerum interpretatio, *ad nos religionis ſpectat obſequium*, rebus denique ipſis docetur, quid de his ſenſerit divina Majeſtas.

BASILIUS IMP.

inter Act. VII. Syn. œcum.

De vobis quid amplius dicam, non habeo; quam quod nullo modo vobis licet de eccleſiaſticis cauſis ſermonem habere.

Hæc enim inveſtigare & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, ligandi atque ſolvendi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas & cœleſtes adepti ſunt claves; *non noſtri, qui paſci debemus.*

Concil. Sardicenſe.

Provideat & decernat clementia tua, ut omnes ubique judices, quibus provinciarum adminiſtratio-

nes

nes concreditæ ſunt, ad quos ſola cura & ſollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, a religioſa ſe obſervantia abſtineant, neque poſt hæc præſumant, ut putent ſe poſſe cauſſas cognoſcere clericorum.

DU PUY

Jurisd. crim. P. I. Ch. 10. L. des Libertés Gallic. T. I.

Per Clericorum cauſſas S. Hilarius illas intelligit cauſſas, quæ illos in particulari concernunt; & quæ unice ab illorum legibus dependent, verbo, *id omne, quod religionem concernit.*

Par les cauſes des Cleres, St. Hilaire entend les cauſes, qui les regardent en particulier, & qui dépendent ſeulement de leurs loix, en un mot, *tout ce qui concerne la religion.*

Z. §. 47. S. 74.

Die weltliche Macht kann Geſetze geben.

S. GREGORIUS NAZIANZ.

Orat. XXVII.

Supera ſolius Dei ſunt, infera autem veſtra, ſubditis veſtris Deos vos præbete.

I. Petr. II 13.

Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive regi ſive ducibus.

Remontrance du Parlement de Paris du 9. Avril 1753.

Si poteſtas labefacta-tur, regni vires erunt diviſæ, & regnum interius in ſe diviſum deſolabitur. Quantam ergo ſubjectionem a populis illa exigit auctoritas, quam velut ſacratam revereri obligantur; *eorum obedientia* eſt veluti religio ſupremæ majeſtati debita.

Per hanc obedientiam ſubditi fiunt viva regni membra, & eorum quodlibet, dum motus per ſapientiam ad commune bonum ordinatos a ſuo capite recipit, & reliquis membris communicat, fit principium, per quod caput, cetera membra, totumque corpus conſervatur: ſiquis vero auſpicatam hanc harmoniam

Que la Puiſſance ſoit affoiblie, les forces de l'état ſeront partagées, & le royaume interieurement agité ſe détruira par lui même. Quels hommages n'exige donc pas des peuples une autorité, qu'ils doivent régarder comme ſacrée! *Leur obeiſſance*, eſt une éſpéce de religion düe à la Majeſté ſuprême.

C'eſt par cette obéiſſance, que les ſujets deviennent membres vivans de l'état, que chacun d'eux, récévant du chef, & communiquant aux autres membres, des mouvemens dirigés par la ſageſſe au bien general, devient lui-même le principe de la conſervation du chef, des autres

niam diſſolvit, jam non erit ſtatus membrum, ſed potius juratus illius hoſtis.

autres membres, & du corps entier. Rompre cette heureuſe correſpondance c'eſt ceſſer d'être membre de l'état, où plutôt s'en declarer l'ennemi.

S. AUGUSTINUS
in Pſ. 124.

Julianus exſtitit infidelis Imperator: nonne exſtitit apoſtata, iniquus, idololatra? *Milites Chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli;* ubi veniebatur ad cauſſam Chriſti, non agnoſcebant, niſi eum, qui in cœlo erat.

Tenenda eſt ergo Patrum regula expreſſa in cleri Conſtantinopolitani Libello ſupplice Imperatori durante Concilio Epheſino oblato: *Profeſſionis*, ajunt, *noſtræ ſcopus eſt, piiſſimi Imperatores, inter alias leges omnibus quoque principibus obediendum eſſe, dummodo tamen hujusmodi obedientia ſaluti detrimentum non afferat.*

AA.

Die weltliche Macht hat auch die ewige Glückseligkeit des Menschen zum mittelbaren Endzwecke. §. 52. 2. Anmerk. S. 80.

S. LEO PP. M.

Episc. 125. ad Leon. Imper.

Debes incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed *maxime ad Ecclesiæ præsidium* esse collatam. Sicut enim potestas sacerdotali religioni se devote submittit; sic & sacerdotalis auctoritas cum omni pietatis officio se regali dignitati subdere debet. *Rex pro æterna vita indiget Pontificibus; & Pontifices, pro temporalium rerum cursu, regali indigent dispositione . . .*

S. AUGUSTINUS

Lib. III. contra Cresc. c. 51.

In hoc enim reges, sicut eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum reges sunt, si in suo regno bona jubeant, mala prohibeant, non solum, quæ pertinent ad humanam societatem, *verum etiam quæ ad divinam religionem.*

BB.

Die weltliche Macht ist eine höchste Macht.

§. 54. S. 85. 86.

OPTATUS MILEV.

L. III. cont. Parmen.

Super Imperatorem non est nisi solus Deus, qui fecit Imperatorem.

TERTULLIANUS

ad Scap.

Colimus Imperatorem, ut hominem a Deo secundum, & quidquid est, a Deo consecutum, & solo Deo minorem.

M. REAL

Science du Gouvern. T. IV. Ch. 2. Sect. I.

Suprema potestas temporalis est *jus absolutum societatem civilem* juxta sua dictamina ita *gubernandi*, ut in iis, quæ statuuntur, vel aguntur, non sit necessaria ullius approbatio, nec a superiori vel æquali potestate intra statum corrigi, irritari, annullari,

La souverainité temporelle est *un droit absolû de Gouverner* selon ses lumiéres une société civile de telle maniére, que ce, qu'on ordonne, & ce qu'on entreprend n'ait besoin de l'approbation de personne, & ne puisse être corrigé, cassé, annullé, ni même contredit par

ri, imo nec contradici valeat.

par aucune puissance superieure, où egale dans l'état.

LE BRET

de la souverainité, *Lib. IV. Ch.* 2.

Cum solius Dei sit reparare vitia, & mederi corruptelis, quæ in caussis secundis, quarum ministerio ad universi regimen utitur, occurrunt, ita solus Rex, qui divinæ hujus Majestatis vices in terris agit, suorum Ministrorum ac Magistratuum defectus in suis officiis commissos corrigendi jus habet. Hoc supremum Jus veteres appellabant; extremum Judicium.

Comme il n'y a que Dieu; qui puisse réparer les manquemens, & rémédier aux desordres, qui arrivent dans les causes sécondes, dont il se sert pour les gouvernement de cet univers, *ainsi il n'y a que le Roi, qui réprésente en terre cette Majésté divine*, qui ait le droit de corriger les fautes des officiers, & des Magistrats, qu'il a commis à sa place: ce droit Souverain étoit appellé par les anciens, extremum Judicium, où dernier ressort.

CC.

Die geistliche Macht hängt in Ausübung ihrer wesentlichen Gewalt (S. 8. 15. 16. 17. 20.) weder mittelbar noch unmittelbar von der weltlichen ab.

Epist. Synod. Constantinop. I. ad Theodos. Imp.

Fidem Patrum confirmavimus, & exortas adversus eam hæreses improbavimus. Postremo etiam *pro recta Ecclesiarum institutione certos canones fecimus, quos & valere volumus.* Cupimus igitur abs te, humanissime ac piissime Imperator, diplomate tuo, Synodi sententiam confirmari, ut quemadmodum litteris, quibus nos convocasti, Ecclesiam honorasti, ita etiam placita synodi ad finem subscriptione tua munias.

Osius ad Constant. Imper. apud S. Athan. in Epist. ad vit. solit. agent.

Quis Canon jubet milites invadere Ecclesias? quis tradidit comites ecclesiasticis præesse rebus, aut edicto judicia eorum, qui Episcopi vocantur, promulgare? quandonam Ecclesiæ decretum ab Imperatore accepit auctoritatem? multæ antehac Synodi coactæ sunt, multa prodiere decreta; sed nunquam Patres res hujusmodi Imperatori suasere, nunquam Imperator ecclesiastica curiose perquirit: jam vero spectaculum novum, quod Arianæ hæresis in-

ventum eſt . . ille in palatium judicia ad ſe transfert eccleſiaſtica, quibus præſidet . . Quis videns illum iis, qui Epiſcopi putantur, præfici, in eccleſiaſticisque judiciis præſidere, non jure dicat, hanc eſſe illam a Daniele prædictam abominationem deſolationis?

Capit. Caroli Mag. de anno 789. *T. V. præf.*

Conſiderans pacifico piæ mentis intuitu, una cum Sacerdotibus, & conſiliariis noſtris, abundantem in nos noſtrumque regnum Chriſti regis clementiam - . . placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, o Paſtores Eccleſiarum Chriſti, & ductores gregis ejus, & clariſſima mundi Lumina, ut *vigili cura, & ſedula admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis!* . . . ideo magno devotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, imo compellendi, ut firma fide & infatigabili perſeverantia intra paternas ſanctiones ſe contineant: in quo operis ſtudio ſciat certiſſime ſanctitas veſtra, *noſtram vobis cooperari diligentiam.* Quapropter & noſtros ad vos direximus miſſos, qui ex noſtri nominis auctoritate, una vobiscum corrigerent, quæ corrigenda eſſent.

Sed & aliqua capitula, ex canonicis inſtitutionibus, *quæ magis vobis neceſſaria videbantur*, ſubjunximus.

Ne aliquis, quæſo, hujus pietatis admonitionem eſſe præſumptiſſimam judicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta coarctare ſtuduimus; ſed magis benevolo charitatis ſtudio ſuſcipiat.

vid. Canon Principes Decret.

Principes ſæculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant; & quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem.

BOSSUET

Defenſ. IV. Prop. Cler. Gallic. P. II. L. IV. c. 5.

Non ideo adverſarii hœc omnia regibus eſſe innata per ſe, IMO VERO AB ECCLESIA MANASSE *decernent*, ac tametſi nullæ conceſſæ producuntur, valere tamen omnia ex conceſſione facile demonſtrabunt. Quid ita? *quia ipſa rerum natura docet, eccleſiaſtica non niſi per Eccleſiam haberi poſſe*: nempe utriusque poteſtatis ſancta Societas poſtulabat, ut alteria alterus munia in ſpeciem uſurparet, eo jure, quo amici amicorum jure utuntur, his certe omnibus communi ſocietate & conſenſione valituris.

DD.

Die weltliche Macht hängt in Ausübung ihrer zeitlichen Gewalt von der geistlichen weder mittelbar noch unmittelbar ab. §. 55. Anmerk. 2. S. 88.

Hic erat ſenſus communis Chriſtianorum omnium in primis Eccleſiæ ſeculis. Ita

TERTULLIANUS
ad Scap. Cap. 2.

Colimus Imperatorem, ſic, quomodo & Nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem a Deo ſecundum, & quidquid eſt, a Deo conſequutum, & ſolo Deo minorem.

Idem Apolog. c. 37.

Si enim & hoſtes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum, & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quandocunque unius tantum loci, & ſuorum finium gentes, quam totius orbis? Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, decurias, palatium, ſenatum, forum: ſola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus? etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur; ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quam

quam occidere? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes ſolius divortii invidia vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti ſinum abripuiſſemus a vobis, ſuffudiſſet utique dominationem veſtram tot qualiumcunque civium amiſſio; imo etiam & ipſa deſtitutione periiſſet. Procul dubio expaviſſetis ad ſolitudinem veſtram, ad ſilentium rerum, & ſtuporem quemdam quaſi mortui orbis: quæſiſſetis, quibus imperaſſetis: plures hoſtes, quam cives vobis remanſiſſent. Nunc enim pauciores hoſtes habetis præ multitudine Chriſtianorum.

S. AUGUSTINUS

in Pſ. 124. *n.* 7.

Aliquando injuſti perveniunt ad honores ſeculi; cum pervenerint, & facti fuerint vel judices, vel reges; quia hæc facit Deus propter diſciplinam plebis ſuæ, non poteſt fieri, niſi exhibeatur illis honor debitus poteſtati . . . Julianus extitit infidelis Imperator, iniquus idololatra. Milites chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad Cauſſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum, qui in cœlo erat; quando volebat, ut idola colerent, & thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat; producite aciem, ite contra illam gentem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant Dominum æternum a Domino temporali; *&*

tamen

DD.

Die weltliche Macht hängt in Ausübung ihrer zeitlichen Gewalt von der geistlichen weder mittelbar noch unmittelbar ab. §. 55. Anmerk. 2. S. 88.

Hic erat ſenſus communis Chriſtianorum omnium in primis Eccleſiæ ſeculis. Ita

TERTULLIANUS
ad Scap. Cap. 2.

Colimus Imperatorem, ſic, quomodo & Nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem a Deo ſecundum, & quidquid eſt, a Deo conſequutum, & ſolo Deo minorem.

Idem Apolog. c. 37.

Si enim & hoſtes exertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum, & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quandocunque unius tantum loci, & ſuorum finium gentes, quam totius orbis? Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, decurias, palatium, ſenatum, forum: ſola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus? etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur; ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret,

quam occidere? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes ſolius divortii invidia vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti ſinum abripuiſſemus a vobis, ſuffudiſſet utique dominationem veſtram tot qualiumcunque civium amiſſio; imo etiam & ipſa deſtitutione periiſſet. Procul dubio expaviſſetis ad ſolitudinem veſtram, ad ſilentium rerum, & ſtuporem quemdam quaſi mortui orbis: quæſiſſetis, quibus imperaſſetis; plures hoſtes, quam cives vobis remanſiſſent. Nunc enim pauciores hoſtes habetis præ multitudine Chriſtianorum.

S. AUGUSTINUS
in Pſ. 124. *n.* 7.

Aliquando injuſti perveniunt ad honores ſeculi; cum pervenerint, & facti fuerint vel judices, vel reges; quia hæc facit Deus propter diſciplinam plebis ſuæ, non poteſt fieri, niſi exhibeatur illis honor debitus poteſtati . . . Julianus extitit infidelis Imperator, iniquus idololatra. Milites chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli. Ubi veniebatur ad Cauſſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum, qui in cœlo erat; quando volebat, ut idola colerent, & thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat; producite aciem, ite contra illam gentem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant Dominum æternum a Domino temporali; *&*

tamen

tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.

Lucifer ad Constantem Imp. L. de non parc.

Quia dicis debere nos tibi obsequia, scito, quia non tibi soli, sed & omnibus nos in sublimitate degentibus, in obsequiis repræsentantibus esse novimus debitores: admone illos principibus, & magistratibus subditos esse, obedientes, ad omne opus bonum paratos esse.

S. Athan. a Constante vexatus pro illo deprecabatur. Apol. ad Constant.

Religiosissime princeps, utinam multis annorum circulis vixeris. . . nam certe preces ab omnibus pro tua salute fusæ.

S. AMBROSIUS

ad Justinam Imperatr.

Tradere basilicam non possum, sed pugnare non debeo. Habeo arma, sed in Christi nomine. Habeo offerendi mei corporis potestatem. Habemus tyrannidem nostram, tyrannis sacerdotalis infirmitas est. Cum infirmor, tunc potens sum.

S. FULGENTIUS

ad Regem Transim. L. I.

Competens igitur mansuetudini tuæ deferimus honoris obsequium, cui regalis apicem culminis divina

vina cernimus largitate collatum: nec tamen quemquam ſapientem fugit, quanto ſempiternus ille Rex Regum, & Dominus Dominantium timore debeat ſuſpici, qui temporales etiam reges præcipit honorari.

Arrêt du 14. *Août* 1385. *ſous Charles VI. les Lib. Gall. Tom.* 3.

Cum nos fons omnimodæ jurisdictionis temporalis eſſe dignoſcamur . . . noſtraque jurisdictio temporalis, in nullo jurisdictioni ſpirituali ſubſit, cum in terris ſuperiorem non agnoſcamus: quare non immerito Dei Vicarius, quoad jurisdictionem temporalem, appellari poſſumus, & debemus, juraque noſtra regia nobis ad cauſam noſtræ ſuperioritatis competentia præſcribi, ſeu minui, vel aliter acquiri, etiam per quodcunque temporis curriculum, aboleri, vel a nobis abdicari non poſſunt.

EE. §. 90.

In was für einem Sinne die Kirche ein geistliches Schwert habe?

S. BERNARDUS

Lib. IV. de Conſider. cap. 3.

Aggredere eos (romanos contumaces) *ſed verbo, non ferro.* Quid tu denuo uſurpare gladium tentes, quem ſemel juſſus es reponere in vaginam?

nam? quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: converte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipse, tuo forsitan nutu, non tua manu evaginandus: uterque ergo Ecclesiæ & spiritualis scilicet gladius, & materialis; *sed is quidem pro Ecclesia, ille vero & ab Ecclesia exserendus: ille sacerdotis, is militis manu: sed sane ad nutum sacerdotis, & jussum Imperatoris.*

FF.

Christus hat das Naturgesetz neu verkündiget, besser erkläret, und die Erfüllung desselben erleichtert. §. 61. S. 100.

S. AUGUSTINUS

Epist. 52. *de religione christiana ita loquitur.*

Tu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quieté senes, prout cujusque non corporis tantum, sed & animi ætas est, exerces, ac doces. Tu fœminas viris suis non ad implendam libidinem, sed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris societatem casta & fideli obedientia subjicis. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliorem sexum, sed sinceri amoris legibus præficis. Tu parentibus filios quadam servitute subjungis, parentes filiis pia dominatione præponis. Tu fra-

tribus

tribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore, quam sanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem, & affinitatis necessitudinem, servatis naturæ, voluntatisque nexibus mutua charitate constringis. Tu Dominis servos, non tam conditionis necessitate, quam officii delectatione doces adhærere. Tu Dominos servis, summi Dei consideratione placabiles, & ad consulendum, quam coercendum propensiores facis. Tu cives civibus, gentes gentibus, & prorsus homines primorum parentum recordatione non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate conjungis. Doces reges prospicere populis, mones populos se subdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus & disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium, sedulo doces: ostendens, quemadmodum & nos omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur injuria.

Matth. c. V. v. 19. 20.

Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

S. JOAN-

S. JOANNES
Epist. I. Cap. II. v. 7.

Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus.

Idem l. c. v. 8.

„Iterum: mandatum novum ſcribo vobis, quod „verum eſt & in ipſo, & in vobis: quia tenebræ „tranſierunt, & verum lumen jam lucet.

JUSTINUS M.
Apolog. I.

„Minime mirandum, ſi eos, qui juxta partem „aliquam ſeminariæ rationi mores ſuos conformant, „periculis objiciunt, ſcilicet Philoſophos; verum „quod ſecundum univerſæ rationis, quod Chriſtus „eſt, notionem & contemplationem viventes in lon„ge majora odia conjicere ope & opera ſua dæ„mones coarguuntur, id demum admirationem ex„cedit.

Idem Apol. II.

Qui cum ratione vixerunt, Chriſtiani ſunt, quamvis Athei, ſeu nullius Numinis cultores habiti ſint. Qui vero in legem naturalem hodie peccant, ii non ſolvunt tantum naturæ & rationis jura, ſed etiam Chriſti & gratiæ ejus; ac proinde *tum ob majorem & ampliorem cognitionis lucem cumulatiſſime nobis affuſam*, tum uberiora etiam gratiarum auxilia, majorum

jorum ſe ſuppliciorum reos conſtituunt, quam gentilis quilibet ejusdem legis transgreſſor &c.

S. AUGUSTINUS

Lib. de quantit. animæ Cap. 7. n. 12.

„Tales enim homines, quorum profecto maxi„ma multitudo eſt, ſi ratione volunt verum com„prehendere, ſimilitudinibus rationum facillime „decipiuntur, & in varias noxiasque opiniones ita „labuntur, ut emergere inde ac liberari aut nun„quam, aut ægerrime queant. His ergo tutiſſi„mum eſt, excellentiſſimæ auctoritati credere, & „ſecundum hoc agere vitam. Si autem cupiditatem „hanc refrænare non potes, qua tibi perſuaſiſti, „ratione pervenire ad veritatem, multi & longi „circuitus tibi tolerandi ſunt, ut non ratio te ab„ducat, niſi ea, quæ ſola ratio dicenda eſt, id eſt, „vera ratio; & non ſolum vera, ſed ita certa, & „ab omni ſimilitudine falſitatis aliena.

S. AUGUSTINUS

Lib. II. de ordine Cap. VIII. & IX.

Rationem cum auctoritate conjunctam & conſpirantem, viam jus naturale addiſcendi docet. „Itaque quamquam bonorum auctoritas imperitæ „multitudini videatur eſſe ſalubrior, ratio vero „aptior eruditis; tamen quia nullus hominum, niſi „ex imperito peritus fit; nullus autem imperitus

 „novit,

„novit, qualem ſe debeat præbere docentibus, & „quali vita eſſe docilis poſſit, ut omnibus bona „magna & occulta diſcere cupientibus non aperiat, „niſi auctoritas januam; quam quisque ingreſſus „ſine ulla dubitatione vitæ optimæ præcepta ſecta„tur, per quæ cum docilis factus fuerit, tum „demum diſcet, & quanta ratione prædita ſint ea „ipſa, quæ ſecutus eſt ante rationem; & quid ſit „ipſa ratio, quam poſt auctoritatis incunnabula fir„mus, & idoneus jam ſequitur &c.

Les Actes de l'Aſſemblées du Clergè de 1765.

Admirabilem hunc nexum Providentia inter religionem & ſocietatem ſtabilivit, ut regnorum felicitas neceſſario a legum divinarum cultu dependeat: Idem ſubordinationis & obedientiæ Spiritus, qui facit Filios Dei, pariter facit ſubditos fideles, & ſicut per effrænem ſentiendi libertatem procreantur ſyſtematum monſtra, ita per eandem

„Tel eſt le rapport „admirable établi par la „Providence entre la re„ligion & la ſociété, que „le bonheur des états dé„pend néceſſairement de „l'obſervation des loix „divines: l'eſprit de ſub„ordination & d'obéiſ„ſance, qui fait les en„fans de Dieu, fait auſſi „les ſujets fidéles; & la „même liberté de penſer, „qui enfante les ſyſtê„mes irréligieux, ébranle les

dem solii auctoritatisque fundamenta concutiuntur.	„les fondemens du trône „& de l'autorité &c.

LACTANTIUS

de falsa Sap. Lib. III. n. 27.

Nihil ponderis habent illa præcepta, quæ sunt humana, & auctoritate majori, id est divina illa carent. Nemo igitur credit, quia tam se hominem putat esse, qui audit, quam est ille, qui præcipit.

GG.

Beyde Mächte, die geistliche und die weltliche können in einem politischen Staate ohne Nachtheile beysamnen stehen. §. 62. S. 102. 105.

GELASIUS PAPA.

T. IV. CC. p. 1182.

Nosti, inter hæc ex illorum te pendere judicio. Ordinem autem in eo esse intelligimus, non quod potestas dignior alteram ad sua jura revocet, sed quod, cum ambæ supremæ sint, altera alteri suo quæque officio obsequantur.

SYMMACHUS P.

ad Anast. Imp. Epist. 6.

Ille (Imperator) rerum humanarum curam gerit: iste (scilicet Pontifex) divinarum: tu humana

administras, ille tibi divina dispensat, itaque, ut non dicam superior, certe æqualis est honor.

Defens. Cl. Gall. P. II. Lib. V. c. 33. *Edit. Luxeb.* 1730.

Potuisset enim dicere, honorem sacerdotalem superiorem esse honore regio, hoc est, præstantiorem, sublimiorem, digniorem; neque quisquam negasset Christianus: at in æqualitate utriusque potestatis sanctus Pontifex merito acquiescit, quod æquo, & absolute jure, altera divinis, altera humanis rebus præsit.

Hæc dicebant Pontifices superbo Imperatori, qui ad se omnia etiam ecclesiastica trahere, & Acacii merito excommunicati nomen, imperatoria potestate, sacris dypticibus restituere, vel conservare niteretur. . . *Denique in eo sunt Patres omnes, ut ambas potestates divino Numine separatas, at suis finibus circumscriptas, unique Deo subditas esse prædicent.*

GELASIUS P.

Vid. T. IV. Concil. apud Labbé. p. 1232.

Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperans, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, *ut & Christiani Imperatores*

tores pro vita æterna Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum, imperialibus diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus, & ideo militans Deo, minime ſe negotiis ſæcularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus; ut & modeſtia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur.

Loyſ. de Seigneuries Ch. 15. *n.* 4.

Enimvero Deus duas has poteſtate (ſacram & profanam) ferme ubique inter ſe diverſis manibus commiſit, & ambas in ſua ſpecie voluit eſſe ſupremas, ita ut una alteram in ſuo officio contineat, & veluti in æquilibrio teneat, ne incircumſcripta poteſtas in effrænatam licentiam aut tyrannidem degeneret. Compertum enim eſt, quod ſi temporalis poteſtas

Il eſt bien vrai que Dieu a mîs presque partout ces deux puiſſances (la ſpirituelle, & la temporelle) en diverſes mains, & les a faites toutes deux ſouveraines en leur éſpece, a fin que l'une ſervit de conterôlle ou de contrepoids à l'autre, de peur que leur ſouveraineté infinie ne tournat en déreglement ou tyrannie. Auſſi voit-on que, quand la ſouveraineté

ſtas ſuprema jugum divinarum legum excutere attentat, protinus ei ſe ſpiritualis poteſtas opponat, & viciſſim profana ſacræ: & hoc ipſum æquiſſimum, & Deo longe acceptiſſimum eſt, *dummodo per media legitima fiat.*

neté temporelle ſe veut émanciper contre les loix de Dieu, la ſpirituelle s'y oppoſe incontinent, & de même la temporelle à la ſpirituelle ; ce qui eſt très-juſte & très-agréable à Dieu, *quand elle le fait par voies légitimes.*

FACUNDUS

Lib. II. c. 3.

Chriſti ſolius eſt regnum cum ſacerdotio ſimul habere : quoniam etſi quidam reges in ejus venturi figuram ſacerdotio functi ſunt, tamen cum manifeſta lux veniret in mundum, umbras removens futurorum, nulli alteri dedit, quod ſibi ſingulare ſervavit, ſed in diverſos ſua dona diſtribuens, ſic, quæ propria ſunt ſacerdotii, regibus interdixit.

Unde Oſius ad Conſtantinum, teſte Athanaſio *Ep. ad vit. ſolit. agentes.* Neque igitur fas eſt nobis in terris imperium tenere, neque tu Sacrorum, & Thymiamatum habes poteſtatem Imperator, hoc eſt jus dolendi.

S. AMBROSIUS
ad Theodoſium Auguſtum.

Quid honorificentius, quam ut Imperator filius Eccleſiæ eſſe dicatur? quod cum dicitur, ſine peccato dicitur, cujus gratia dicitur: Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra eſt.

Synodus Epheſina.

Neque fas eſt, qui ſanctiſſimorum Epiſcoporum catologo adſcriptus non eſt, illum eccleſiaſtiſticis negotiis, & conſultationibus ſeſe immiſcere.

S. AUGUSTINUS
Tract. II. in Joa.

Ad reges ſeculi Chriſtianos pertinet, ut temporibus ſuis pacatam velint habere Matrem Eccleſiam. De cura Imperatorum in convocandis conciliis teſtatur

EUSEBIUS
in vita Conſtant. M. L. I. c. 44.

Qui Eccleſiæ Dei præcipuam curam gerens, cum per diverſas provincias quidam inter ſe diſſentirent, ipſe velut communis omnium Epiſcopus a Deo conſtitutus miniſtrorum Dei concilia congregavit. Nec dedignatus adeſſe & conſidere in medio illorum conventu cognitionis particeps fuit, ea, quæ ad pacem Dei pertinent, cunctis procurans.

SOZOMENUS
de Valentiniano Imp. L. VI. c. 7.

Narrat ſibi, qui unus e laicorum numero erat, non licere ſe ejusmodi negotiis interponere, dixiſſe. Et ideo ſacerdotes, ajebat, & Epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, ſeorſum per ſe, ubicunque ipſis lubitum fuerit, in unum conveniant.

LIBERIUS P. P.
apud Athanaſ. Apolog. II.

Fiat Eccleſiaſtica ſynodus, longe a palatio, ubi nec Imperator præſto eſt, nec comes ſe ingerit, nec judex minatur, & ubi ſolus Dei timor ad omnia ſufficit.

Idem l. c.

Refert, quam intrepide & acriter uſurpationes adverſas legitimæ eccleſiaſticæ poteſtatis Imperatori exprobrarint Paſtores Eccleſiæ. Denunciabant, ait: illi Epiſcopi diem judicii, ſuadebantque, ne eccleſiaſtica corrumperet, neque Romanum Imperium eccleſiaſticis conſtitutionibus immiſceret.

NICOLAUS I.
Epiſt. ad Michael Imper.

Quod in membris ſuis diabolus imitatus, utpote qui ſemper, quæ divino cultui conveniunt, ſibimet tyrannico ſpiritu vindicare contendit, ut pagani Impera-

peratores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum eſt, eundem regem atque Pontificem, ultra ſibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium uſurpavit.

Imperator Baſilius in Synodo VIII.

Laicus etſi omnis pietatis & ſapientiæ laude præſtet, tamen laicus eſt, & ovis non paſtor.

CONSTANT. M.

teſte Socrate Lib. I. c. 9.

Quod trecentis placuit Epiſcopis, nihil aliud exiſtimandum eſt, quam Dei ſententia, præſertim cum in tantorum virorum mentibus inſidens Spiritus S. divinam voluntatem aperuit.

S. AMBROSIUS

L. V. Epiſt. 35.

Si conferendum de fide, Sacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino Auguſtæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit judicium ſacerdotibus.

VALENT. IMP.

teſte Sozom. Lib. V. c. 7.

Et ideo ſacerdotes, & Epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, ſeorſim per ſe, ubicunque ipſis liberum fuerit, in unum conveniant. Si quando prin-

cipes ad hujusmodi cauſſas admiſſi, aut orthodoxam fidem ſuis legibus ſtabiliverunt, ſic ſuſcepit Eccleſia; ut Agapetus Pontifex Epiſt. VI. Juſtiniani edictum aliquod de fide orthodoxa laudavit. Non inquit, quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, ſed quia ſtudium fidei veſtræ patrum noſtrorum regulis conveniens confirmamus & roboramus. A cura ergo principum alienum non eſt, rebus fidei proſpicere, ſi modo judicibus eccleſiaſticis res conficiatur: alias cum Eulogio apud Theodoretum *L. IV. c.* 16. illud objectare fas eſt principi in ſacra ſe miſcenti: Num quid cum imperio es etiam ſacerdotii dignitatem conſecutus? *Mart. Gerbert. Tract. de legit. Eccleſ. poteſt. L. III. c.* 3.

VOSSIUS

Diſſert. de jur. magiſt.

Nec enim ſibi (magiſtratus aut princeps) infallibile tribuit judicium in rebus religionis, quod facit Papa: nec poteſtatem condendi capita fidei, quæ conſcientias obligent; ſed tantum jus ſanciendi, quæ religio publice debeat obtinere, procurandique ea, quæ ad orthodoxiam, & ædificationem Eccleſiæ judicat pertinere.

S. AMBROS.

ad Valentin. epiſt. 32.

Quando audiſti clementiſſime Imperator in cauſſa fidei laicos de Epiſcopis judicaſſe? ita ergo qua-

dam

dam adulatione curvamur, ut ſacerdotalis juris ſimus immemores, & quod Deus donavit mihi, hoc ipſe aliis putem eſſe credendum. Si docendus eſt Epiſcopus a laico, quid ſequetur? Laicus ergo diſputet, & Epiſcopus audiat, Epiſcopus diſcat a laico? at certe ſi vel ſcripturarum ſeriem divinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt, qui abnuat in cauſſa fidei, in cauſſa, inquam, fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis judicare? Eris Deo favente etiam ſenectutis maturitate provectior, & tunc de hoc cenſebis, qualis ille Epiſcopus ſit, qui laicis jus ſacerdotale ſubſternit.

Non (inquit paulo poſt) tanti eſt Ambroſius, ut propter ſe dejiciat ſacerdotium: non tanti unius vita, quanti eſt dignitas omnium ſacerdotum, quorum de conſilio iſta dictavi.

JOANNES DAMASC.

Orat. II. de imag.

Conſidera enim, in ſimili cauſſa quid dicat Apoſtolus: Et quosdam quidem in Eccleſia poſuit primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tum Paſtores & Doctores. Ad Eccleſiæ conſtitutionem non adhibuit reges. Et rurſum: obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Idemque rurſus: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt ver-

verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis imitamini fidem. Verbum locuti non ſunt vobis Reges, ſed Apoſtoli & Prophetæ, Paſtoresque & Doctores: Cum præcepiſſet Deus David, ut ædificaret ſibi domum, ſic allocutns eſt eum: Non ædificabis mihi mihi domum tu, quoniam vir ſanguinum es. Regum eſt civilis adminiſtratio, Eccleſiarum vero conſtitutio Paſtorum atque Doctorum.

S. AMBROSIUS.

Allegat, Imperatori, licere omnia, ipſius eſſe univerſa. Reſpondeo: Noli gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere, noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt, quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ.

Publicorum tibi mœniorum jus commiſſum eſt, non Sacrorum.

Can. Decernimus Synod. Rhem. ſub Eugenio III.

Decernimus, ut laici eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant. Sed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alii Eccleſiarum prælati de negotiis eccleſiaſticis (maxime de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur) laicorum judicio non diſponant: nec propter eorum prohibitionem eccleſiaſticam dimittant juſtitiam exercere.

BOS-

BOSSUET
Def. IV. propof. Cler. Gall. P. V. L. II. C. 31. 32. & 37.

Jam illud cenſiderandum aggrediamur . . . ambas poteſtates eccleſiaſticam, & civilem ita eſſe divino Numine conſtitutas, *ut in ſuo genere & ordine unaquæque ſub uno Deo proxime collocata, prima ac ſuprema ſit.* . . . Quare neque admittimus eam utriusque poteſtatis, civilis nimirum & eccleſiaſticæ ſubordinationem, quam adverſarii paſſim inculcant. Satis enim conſtitit, non ita ſubordinatas, quæ ſine ſe invicem ſtare poſſunt tota vi ſua, ac numeris omnibus abſoluta. Atque ſupra vidimus, planoque in confeſſo eſt, *ſtare veram religionem*, *ſtare Eccleſiam tota vi ſua etiam ab Imperio ſeparatam; ſtare in ordine civili perfectiſſimum regimen a vera Eccleſia, veraque religione ſecluſum.*

Ergo ambæ poteſtates ſupremæ, ac Principes in ſuo ordine conjunctæ & amicæ, non una per ſe alteri ſubdita, ſubordinataque eſt.

HH.

Weder die christliche Religion noch die geistliche Macht an sich kann dem Staate schaden, sondern nur die Misbrauchung derselben.

Barthel. Opusc. Jurid. Tom. I. Opusc. IV. p. 383. 384.

Perlustremus tam sacræ, quam profanæ historiæ volumina, & inveniemus imprimis in historia ecclesiastica innumera ex collisione Sacerdotii, ac Imperii orta schismata, velut Novati contra Papam Bonifacium, Laurentii cujusdam contra S. Simachum Papam, Dioscori contra Bonifacium II. Vigilii contra S. Sylverium, Paschalis contra Sergium, Constantini Patriarchæ contra Stephanum, Sisinnii contra Eugenium I. Anastasii contra Benedictum III. Sergii contra Formosum, Christophori contra Leonem V. Leonis VIII. contra Joannem XII. & Benedictum IV. Bonifacii VI. contra Benedictum V. Bonifacii VII. contra Benedictum VI. & Joannem XIV. Joannis XVI. contra Gregorium V. Certi Gregorii contra Benedictum VII. Sylvestri III. contra Benedictum VIII. Benedicti X. contra Nicolaum II. Honorii II. contra Alexandrum II. Clementis III. contra S. Gregorium VII. Gregorii VIII. contra Gelasium, Anacleti II. contra Innocentium III.

Victoris V. Paschalis III. Calixti III. contra Alexandrum III. duodecim Cardinalium Franciæ contra Urbanum VI. Felicis contra Eugenium IV. Henrici VIII. Regis Angliæ contra S. Romanam sedem, quod etiamnum cum tanto animarum dispendio durat, nec desunt copiosissima, simul ac luctuosissima exempla in historia profana occurrentia, quæ abunde commenstrant, *colluctationem Sacerdotii & Imperii plerumque eversionem fuisse regnorum, & ruinam principum.* Occurrunt quoque in nova lege funestissimi regum & principum fatales fines: perpendamus Julianum Apostatam, Valentem, Zenonem, Basiliscum, Anastasium, Heracleonem, Copronymum, Philippicum Michaelem maximum, Phocam, Leontium Muziphilum, Andronicum, Commentum, Leonem quartum, Felicem suffocatum, Mauritium, & Isacium, Gundericum Vandalorum, Agelam Gothorum reges, qui sacerdotii eversores quanto majores nominibus, regnis, & imperiis . . . tanto infeliciores tristissimo vitæ, regnorumque exitu.

At vetustatem jam consepultam prætereo, ad recentiora me converto, ad Henricum vindelicet IV. occidentis Imperatorem XVIII. qui antea potentia & supra sexaginta Victoriis clarus, tandem infensissimus sacerdotii hostis eo calamitatum devenit, ut lachrymabundus exclamaret: miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me! Idem infelicitatis fatum expertus est filius ejus Henricus

ricus V. Jurisdictionis ecclesiasticæ usurpator, qui a Ludovico Philippi Regis Franciæ filio victus, adhuc juvenis sine prole infelicem vitam, ut illi Papa Paschalis prædixerat, conclusit, alia exempla silentio prætereundo. p. 385. Equidem ultionum divinarum caussæ occultæ sunt, non fallunt tamen, ubi neglectus rerum divinarum, sacerdotii persecutio, hæresi concessa libertas, & ejusmodi impietatis argumenta intercedunt.

Longe alia & laudabiliora consilia fovit Seren. Domus Austriaca, quæ seculo decimo tertio sua cœpit serenitate illustrare Imperium & Ecclesiam, pulsis undequaque diffidentiæ umbris, induxitque malaciam pacis, & concordiæ inter utramque potestatem Ecclesiasticam, & sæcularem, cum moderamine utriusque jurium, omnem Imperii sui tam longævi felicitatem in religione potius, pietate, & recta agendi ratione, quam in ambitione, suorumque commodorum, & jurium quæstu pertinaci fundans. . . . Atqne ita, dum Domus Austriaca perpetuum concordiæ fœdus cum Ecclesia & Sacerdotio pepigit, haud dubio, dum jam per sex secula solium Romano Germanicum tenuit, erit in orbe ultima; quam concordiam Augustissimus Imperator Carolus VI. Austriacarum virtutum hæres ex asse palam profitetur in capitulationis suæ Art. I. his verbis: **Zum ersten, daß wir in Zeit solcher unserer königlichen Würden, Amt und Regierung**

die

die Christenheit, den Stuhl zu Rom, Ihro päpstliche Heiligkeit, und christliche Kirche, als derselben Advocat in guten getreulichen Schutz und Schirm halten sollen — und wollen; quod id ipsum Augustissimi antecessores in suis capitulationibus semper præmittere, ac primo plerumque articulo promittere gloriosissime consueverunt. Ad particulares Augustissimæ hujus Domus Principes, & eorum religionis zelum digredi prohibet angustia temporis & paginæ, id unum dixisse sufficiat, quod neminem habuerit Domus Austriaca inter tot suos Principes, qui in tuenda concordia Imperii & Sacerdotii non excelluisset, non habet Augustum Austriacorum palladium inter viscera sua Apostatas, non simulatores fidei, non æmulos sacerdotii, sed religionis potius acerrimos vindices, ac defensores. Concludo itaque, *rempublicam christianam indubitate semper dulcissimæ felicitatis compendia esse experturam, si ut ex Conciliis, Patribus, legibus, exemplis veteris & novæ legis, sacræ, & profanæ historiæ, manifestissime, demonstratum est, perpetuæ charitatis unio, & concordia Sacerdotium inter, & Imperium rite observetur*, quam ad salutem Ecclesiæ & incolumem regnorum stabilitatem omnino fovendam esse, hucusque dixi. *Idem l. c. p.* 387. 388. Ecclesia & summi Pontifices semper intenti erant paci restituendæ, vel conservandæ. Teste.

Perill. de Senckenberg Meth. Jurisp. addit. 4. de Libert. Germ. §. III.

Ubi inter alia habet sequentia notatu digna: Etsi promissa in plurimis irrita mansere, res in modo hæsit, aut turbæ intervenere, ut de cardine quæstionis cogitari haud posset. Hæc omnia eo, ut evincamus, nihil hactenus sanctæ Sedi, aut etiam nationi, quæ jura sua nunquam deseruit, imputari posse, si per injuriam sæculorum usque nunc fieri non potuit id, quod alias lubens admisisset summus orbis Pontifex. Cives nostri, gens bello adsueta, rerum novandarum cupida, in se ipsa discors habet, quod sibi in cessando imputet, nunquam refragantem Ecclesiam experta, cui potius media præstandi ipsa subtraxit. *Et jure affirmari poterit, ne exemplum quidem esse in omni rerum memoria, ubi Pontifex processerit adversus eos, qui juribus suis intenti, ultra limites vagari in animum non induxerunt suum.*

II.

Die christliche Regenten haben die Pflicht, die Kirche zu schützen. §. 64. S. 108. 109.

Id Valentinianus, & Theodosius Imperatores ad Patres Ephesinos contestati sunt *P. I. Concil. Ephes. c.* 35. dicentes: quia vero ordinis, quietisque, quam sacræ vestræ Synodi consultationes jure depo-

deposcunt, decentem quoque curam adhibere oportuit; hanc quoque partem, quo undique tranquillitas adesset, non prætermittendam existimavimus. Quo spectant ea, quæ *in Epist. Act. VI.* dicuntur.

EUSEBIUS
Epist. sacr. Act. VI.

Oportet enim omnia juxta Dei beneplacitum contentione seclusa, veritatisque studio adhibito discuti: ac tum demum a nostra pietate confirmationem obtinere. Hinc *Patres Synodi II. ad Imperatorem :* Rogamus tuam clementiam, ut per litteras tuæ pietatis ratum esse jubeas, confirmesque Concilii decretum: & sicut litteris, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam summam eorum, quæ decreta sunt, conclusionem, sententia, atque sigillo tuo corrobores.

JUSTINIANUS IMP.
Nov. 137.

Si civiles leges, quorum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium securitatem studemus, *quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum canonum, & divinarum legum custodiam, quæ super salutem animarum nostrarum definitæ sunt.*

Quomodo ergo, inquit *S. Augustinus*, reges serviunt in timore, nisi ea, quæ contra jussa Domi-

ni ſunt, religioſa ſeveritate prohibendo, atque plectendo? aliter enim ſervit, quia homo eſt; aliter, quia etiam rex eſt; quia homo eſt; ei ſervit vivendo fideliter; quia etiam rex eſt, ſervit leges juſta præcipientes, & contraria prohibentes convenienti rigore ſanciendo, ſicut ſervivit Ezechias lucos deſtruendo &c.

JUSTINIANUS
Nov. 136.

Si enim, illa, quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem, & vindictam manere, quomodo a ſanctis Apoſtolis, & Patribus ſuper hominum ſalute cononice ſtatuta deſpici patiemur.

Idem Epiſtola ad Dacianum Metropolitam Byzancenum.

Nos tutores tantum ſumus vetuſtatis & vindices; nec deerit eccleſiaſtica vindicta, vel noſtra in eos, qui aut ambitioſa ſuperbia, aut ſubreptitiis poſtulationibus antiquitatem temeraſſe docebuntur, quoniam ad divinitatis tendit injuriam, qui ſanctorum Patrum conſtituta contemnere, ac violare non metuit.

CÆLESTINUS P.
ad Theod. Imp.

Major vobis fidei cauſſa debet eſſe quam regni, ampliusque pro pace Eccleſiarum clementia veſtra debet

debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum.

S. LEO

Epist. 125. *ad cognominem Imperatorem.*

Debes incunctanter advertere, tibi regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ sunt bene statuta defendas, & veram pacem iis, quæ sunt turbata, restituas.

PELAGIUS PP.

Epist. 14. *ad Childebert. Reg.*

Quoniam inter alias regni vestri curas *pro tranquillitate sanctæ Ecclesiæ præcipuam solicitudinem vos certum est exhibere.*

LEO IMP.

Nov. 17. *ad Patriarch. Constantinopolit.*

De re enim sacra sanctitatem tuam sancire oportebat, verum quoniam nos citra concilium decretum facere posse dicitis, admonitionem suscipientes, quibus de rebus postulationem emisistis, de iis constitutionem emittimus.

Concil. Mogunt. de anno 857. *in Epist. ad Ludov.*

Zelo Dei oportet vos defendere Ecclesias Christi, qui vobis regnum in terra, & dominationem tribuit.

Concilium Parisiense sextum de anno
DCCCXXIX.

Cognoscant Principes seculi, Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt.

Lupus Abbas Ferrrariensis in illa Epist. 81.

Cujus occasione Baluzius Cardinalem Baronium immerito arguit, quæque scripta est ad Amulum Archiepiscopum Lugdunensem Guenilonis & Gerardi nomine, quæ essent sacerdotum, quæ vero regis partes optime distinxit. Præcepit itaque (inquit loquens de Rege *Carolo Calvo*) ut ejus vobis sermonibus diceremus, se fideliter tenere, quod rex regum idemque sacerdos sacerdotum, qui solus potuit Ecclesiam regere, quam redemit, postquam humanitatem suam in cœlum erevit, semper cum suis futurus divinitate, potestatem suam ad eandem gubernandam Ecclesiam inter sacerdotes divisit, *& reges, ut quod sancti docerent Pontifices, & ipsi implerent, & impleri facerent devotissimi reges.*

Præcept. regis Guntra: de a. 585.

In quo Rex Episcopos monet, ut propriis gregibus invigilent. Statuens, *ut judices sæculares opem Episcopis ferant:* &, si qui deliquisse comperti fuerint, a propriis judicibus, scilicet, Clerici secundum canones, laici secundum leges emendentur. Quicunque vero sacerdotum, aut secularium inten-

intentione mortifera perdurantes crebrius admoniti, emendare ſe neglexerint, alios canonica ſeveritas corrigat, alios legalis pœna percellat.

S. AMBROSIUS

Epiſt. 29. *ad Theodoſ. Imp.*

Conſideret clementia tua quantos inſidiatores habeat Eccleſia, quantos exploratores. Levem rimam ſi offenderint, figent aculeum.

S. GREGORIUS

Lib. II. Epiſt. 65. *ad Maurit. Imp.*

Adhoc poteſtas dominorum meorum pietati cœlitus data eſt ſuper omnes homines, ut qui bona appetunt, adjuventur, ut cœlorum via largius pateat, ut terreſtre regnum cœleſti regno famuletur.

Pragmat. præfatio.

Inſcrutabilis divinæ altitudinis Providentia. . . . poteſtatem regiam adhoc inter cætera ordinavit in terris. . . *ut Eccleſiam ſanctam, ejusque Miniſtros feliciter protegeret, ac tueretur, & Sanctorum antiquorum Patrum Decreta ſaluberrima Spiritu Dei promulgata, quibus noſtra diſciplinæ eccleſiaſticæ, ſalutarisque doctrina viget ac ſolidatur, ſincere exequi ſaceret, illibateque ſervari;* ſed & ſpeciali juramento. . . ad ipſum adſtringimur pariter & obligamur.

S. Concil. Trident. Seſſ. XXV. de refor. cap. 20.

Propterea, ſancta illa Tridentina Synodus admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes & ſingulos cujuscunque ſtatus & dignitatis extiterint, ut quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ordinati, eo ſanctius, quæ eccleſiaſtici juris ſunt, tanquam Dei præcipua ejusque patrocinio tecta venerentur, præſertim autem immunitatem illam quoad ipſas perſonas eccleſiaſticas, quia ſecundum Concilium Lateranenſe, a jure tam divino, quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa eſt, integram, intemeratamque a principum attentatis idem Tridentinum cupit: unde, confidere ſe inquit, ſæculares Principes, ut catholicos, quos Deus ſanctæ fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, jus ſuum Eccleſiæ reſtitui, non tantum eſſe conceſſuros; ſed etiam ſubditos ſuos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, Superiores ordines reverentiam revocaturos: nec permiſſuros, ut officiales, aut inferiores magiſtratus Eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu in conſideratione aliqua violent, ſed una cum ipſis principibus debitam ſacris ſummorum Pontificum & Conciliorum conſtitutionibus obſervantiam præſtent.

MAR-

MARTINUS P. P. V.

in Bulla Dudum. die 25. *Octob. an.* 1518.

Cum deceat sæcularem poteſtatem, præſertim magnam eccleſiaſticam juvare poteſtatem, in his præſertim, quæ animarum ſalutem concernunt, majeſtatem tuam & pro tempore exiſtentem Francorum Regem, literarum prædictarum, ac per eas editarum conſtitutionum, & omnium ac ſingulorum in eis contentorum legitimos protectores, defenſores & conſervatores. . . auctoritate apoſtolica, tenore præſentium conſtituimus.

LI.

Die Weſenheit der geiſtlichen Macht beſtehet in der Gewalt, die Mittel zum Endzwecke zu beſtimmen, und die Hinderniſſe wegzuräumen. Dieſe Mittel müſſen proportionirt ſeyn.

Inſtitution d'un Prince. P. IV. Ch. 3. *Act.* 23.

Priusquam Imperatores ad fidem catholicam converſi erant, utraque hæc poteſtas eccleſiaſtica & regia, erat perfecta, & pleno potiebatur exercitio. Eccleſia a Chri-

Ces deux autorités, l'eccleſiaſtique & la Royale, étoient par faites, & elles avoient un plein exercice avant la converſion des Empereurs. L'égliſe fondée par

Chriſto Domino fundata omnem illam poteſtatem ad ſuam conſervationem, & propagationem neceſſariam ab eodem recepit, & quamvis perſecutionum procellis jactata fuerit, omnia tamen ſarta habuit, quæ neceſſaria erant, ut eos, qui intus ſunt, regeret, & illos, qui extra ſunt, ad gremium ſuum attraheret. Solis his armis, etſi mere ſpiritualibus univerſum ſibi ſubiecit orbem. Si Principes in ſua infidelitate perſeveraſſent. . . . Religio ex ipſa perſecutione incrementum ſumpſiſſet, prout hucusque ſumpſit. *Idem ipſum competit poteſtati regiæ.* Hæc ſub ipſa etiam infidelitate omnem habuit auctoritatem, quæ ipſi neceſſaria erat, ut ſibi in rebus

par J. C. avoit récû de lui tous les pouvoirs, dont elle avoit béſoin pour s'établir & pour s'étendre, & quoi qu'elle fut perſecutée, elle avoit tout ce qui étoit néceſſaire pour régler le dedans, & pour faire des conquêtes au dehors. Ces armes, quoique purement ſpirituelles, lui ſuffiſoient pour ſe ſoumettre tout l'univers . . . quand les Empereurs ſeroient demeurés dans l'incrêdulité . . . La religion ſe ſeroit accrue par la perſécution, comme elle avoit fait jusque là . . . *Il en eſt de même de la puiſſance royale.* Elle avoit, dans l' infidélité, même, toute l'autorité néceſſaire pour ſe faire obéir, dans les choſes qui dependoient d'elle. Tous devoient lui

rebus ab ea dependentibus obediri jubeat. Omnes non modo metu pœnæ, ſed & impulſu conſcientiæ ei ſubjiciebantur : ſi vero Principes ſemper in paganismi tenebris immerſi permanſiſſent, ſemperque implacabiles veritatis hoſtes fuiſſent, poteſtas, quam ad regendam rempublicam recepiſſent, propterea non fuiſſet minus reverenda. . . . Inde ſequitur, in quantum ambæ hæ poteſtates eccleſiaſtica & regia a ſe invicem non dependeant, quia utraque integram ſuam dignitatem, plenumque exercitium haberet, etſi per integra ſæcula forent ſeparatæ, & una alteram non quidem circa veritatem, ſed per injuſtas præventiones inſectetur : *Per ipſam vero*

lui être ſoumis, non-ſeulement par la crainte du châtiment, mais encore par un ſentiment, de conſcience. . . quand il ſeroit arrivé, que les Rois demeurâſſent toujours dans les ténebres du paganiſme, & qu'ils fuſſent toujours les implacables perſécuteurs de la vérité ; le pouvoir qu'ils avoint reçû de Dieu pour gouverner la république, n'en eut pas été moins digne de reſpect . . . on voit parla, combien ces deux puiſſances l'eccleſiaſtique & la royale ſont indêpendantes l'une de l'autre, puisque l'une & l'autre avoient toute leur dignité, & tout leur éxercice, quoi qu'elles fuſſent ſéparées pendant des ſiécles entiers, & que l'une parût ennemie de l'au-

vero reconciliationem, quæ inter Eccleſiaſticam & regiam poteſtatem regum ac Imperatorem facta eſt, nec in poteſtatum natura, nec in mutua unius ab altera independentia quicquam immutatum fuit. Sua jura conſervavit ſacerdotium, & ſua retinuit Imperium, una facta eſt libera, & altera reddita eſt fidelis, una ex eo quod facta ſit libera, nihil amiſit, ſubdendo ſuam auctoritatem auctoritati Chriſti Domini &c.

l'autre, non dans la vérité, mais par d'injuſtes préjugés. . . *La reconciliation qui s'eſt faite entre la puiſſance eccleſiaſtique & la royale, par la converſion des Rois & des Empereurs, n'a rien changé dans leur état ni dans leur mutuelle independance. Le ſacerdoce à conſervé ſes droits; & l'empire a retenû les ſiens, l'un eſt dévenu libre, & l'autre eſt dévenu fidele: mais l'un, en dévenant libre, n'a rien perdû en ſoumettant ſon autorité a celle de J. C. &c.*

MM.

Die geoffenbarte christliche Religion ist das kräftigste Mittel, den Endzweck der bürgerlichen Gesellschaft zu erreichen. §. 69. S. 120. 124.

Montesquieux Esp. des Loix Liv. 24. Ch. 3. T. III. de l'Edit. d'Amsterd. 1761.

Considerate continuas Regum, & græcorum ac romanorum Principum cædes, populorum ac urbium devastationes per ipsosmet hos rectores factas. Thimar & Gengiskan fœde depopulati sunt Asiam; & videbimus, quod certum quoddam jus gentium, quod natura humana nunquam satis grato animo recolere potest, religioni christianæ in acceptis referre teneamur.

Proprium est religioni christianæ solia & Imperia firmare; hæc enim sola

Que l'on se mette devant les yeux les massacres continuels des Rois & des Chefs grecs & romains; la destruction des peuples & des villes par ces mêmes Chefs; Thimur & Gengiskan, qui ont dévasté l'Asie; & nous verrons que nous dévons au christianisme, & dans le gouvernement un certain droit des gens, que la nature humaine ne sçauroit assez reconnôitre.

Il n'appartient qu'à la religion chrétienne d'affermir les trônes & les em-

ſola filios ſuos edocet, Deum eſſe, qui conſtituit reges.

Cæſar, inquiebat Tertullianus, in Apolog. n. 33. *noſter eſt, quem Dominus noſter elegit:* quam potens ſubmiſſionis & obedientiæ motivum, noſſe, Dominum eſſe ejusmodi Principem, quem ipſemet Deus, quem adoramus, conſtituit.

empires parce qu'elle ſeule apprend à ſes enfans que c'eſt leur Dieu qui établit les Souverains.

Céſar nous appartient, diſoit Tertullien; c'eſt notre Dieu, qui l'a placé ſur le trône. . . Quel motif de ſoumiſſion & d'obéiſſence, de ſçavoir qu'on a pour maître un Prince établi par le Dieu qu'nn adore! qu'il eſt préſſant.

S. JUSTINUS

Apolog. I. ad Anton. Pium n. 12.

Vobis autem adjutores omnium hominum maxime & auxiliarii ad pacem ſumus, qui hæc docemus, fieri omnino non poſſe, ut Deum lateat maleficus, aut avarus, aut inſidiator, aut virtute præditus, ac unum quemque ad æternam, ſive pœnam, ſive ſalutem, pro meritis actionum ſuarum proficiſci. Nam ſi hæc cognita omnibus hominibus eſſent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, cum ſe ad æternam ignis condemnationem proficiſci ſciret, ſed ſe ſe omnino contineret, ac virtute exornaret, tum ad bona, quæ a Deo promittuntur,

tur, consequenda, tum ad fugienda supplicia. Neque enim, qui peccant, ii, propter positas à vobis leges aut pœnas, latere conantur; sed cum se consequi posse sciant, ut vos, utpote homines, lateant, iniqua faciunt. At si didicissent, & persuasum haberent, fieri non posse, ut Deum quidquam lateat, non modo factum, sed etiam cogitatum; saltem propter impendentia supplicia honestatem omnino colerent: id quod à vobis & concedetur.

PUFFENDORFIUS
de J. N. & G. Lib. VII. c. 9. §. 4.

Ad internam civitatum tranquillitatem necessarium est, ut voluntates civium ita temperentur, & dirigantur, prout saluti civitatis expedit. Inde summorum imperantium est, non solum idoneas ei fini leges præscribere; sed publicam disciplinam ita sancire, ut non tam metu suppliciorum, quam assuetudine cives ad legem præscriptam se componant... ut autem id obtineatur, in rebus publicis christianis plurimum confert ipsa religio christiana.

Ivo Carnot. Epist. 51.

Res omnes non aliter bene administrantur, nisi cum regnum & sacerdotium in unum convenerint studium.

S. FULGENTIUS
de verit. præd. Lib. II. C. 22.

Magis chriſtianorum regitur ac propagatur Imperium, dum eccleſiaſtico ſtatui per univerſam terram conſulitur, quam cum in parte quacunque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur.

Montesquieu l. c. Ch. VI.

Baylius contemptis omnibus religionibus etiam chriſtianæ inſultat, dum aſſerere audet, quod ex veris Chriſtianis non poſſet efformari ſtatus, qui ſubſiſtere poſſet. Et cur non? Eſſent cives de ſuis obligationibus probe inſtructi, quas etiam fideliter adimplerent. Perſuaſi forent de jure naturalis defenſionis, & de officiis erga patriam. Chriſtianæ religionis principia, ratione cordibus impreſſa longe fortiora forent, quam falſi honores Monarchicorum imperio-

Bayle, après avoir mépriſé toutes les religions, inſulté à la réligion chrétienne, lors qu'il oſe avancer que de véritables chrétiens ne formeroient pas un état qui pû ſubſiſter. Pour quoi non? ce ſeroient des citoyens élairés ſur leurs dévoirs, & qui les rempliroient avec zêle; ils ſentiroient tres-bien les droits de la défenſe naturelle; plus ils croiroient dévoir a la patrie. Les Principes du chriſtianisme bien gravés dans le cœur, ſeroient infiniment plus forts

periorum, quam virtutes humanæ Rerumpublicarum, & ſervilis timor Statuum deſpoticorum.

forts que ce faux honneurs des Monarchies, ces vertus humaines des Républiques, & cette crainte ſervile des Etats deſpotiques.

Idem l. c. Ch. III.

Dum Principes Mahometani indeſinenter aut occidunt aut occiduntur, religio apud Chriſtianos reddit Principes minus timidos, proin & minus crudeles.

Pendant que les Princes Mahométans donnent ſans ceſſe la mort ou la recoivent; la religion chez les Chrétiens rend les Princes moins timides, & par conſéquent moins cruels.

NN.

Eine Macht wie die andere muß wünſchen, daß ſie immer in einem Staate beyſammen seyn. §. 73. S. 134.

S. BERNARDUS
Ep. 244.

Non enim utriusque inſtitutor Deus in deſtructionem ea connexuit, ſed in ædificationem.

Concil. Aurel. V. an. 549.

Ad divinam gratiam referendum eſt, cum vota principum concordant animis ſacerdotum.

Theodoſius Imp. epiſt. ad Syn. Epheſ.

Reipublicæ noſtræ conſtitutio ea, quæ in Deum eſt, pietate potiſſimum utitur, multaque inter hanc, & illam cognatio & familiaritas intercedit: nam & ex ſe invicem pendent, & utraque proſperis alterius ſucceſſibus incrementa ſumit, quandoquidem ut vera religio juſta actione perficitur, ita Respublica utriusque ope nixa floreſcit.

Cum itaque Deus Imperii habenas nobis tradiderit, iisque, qui Imperio noſtro parent, pietatis & ſecuritatis quoddam quaſi vinculum nos eſſe voluerit, horum inter ſe ſocietatem, providentiæ & hominibus medios nos præbentes, indivulſam perpetuo conſervare intendimus.

Idem Epiſt. ad Cyrill. Alexand.

Ne igitur, quo in ſtatu res noſtræ verſentur, te lateat, noris Eccleſias, & regnum noſtrum conjuncta eſſe, noſtraque accedente auctoritate, & imperio, & Chriſti Salvatoris noſtri aſpirante providentia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe &c.

Fride-

Fridericus II. Imp. in Apolog. adversus Gregorium IX. PP. apud Schilt. de Lib. Eccles. Germ. Lib. V. c. 8. §. 9.

In exordio nascentis mundi provida & ineffabilis Dei providentia, cui consilia non communicant aliena, in firmamento cœli duo statuit luminaria, majus & minus; majus ut præesset diei, minus ut præesset nocti. Quæ duo sic ad propria officia in regione zodiaca offeruntur, ut etsi multoties ex obliquo respiciant, unum tamen alterum non offendat, imo quod est superius, inferiori suam communicet claritatem. A simili eadem æterna provisio in firmamento terræ duo voluit esse regimina, sacerdotium scilicet & imperium, unum ad cautelam, reliquum ad tutelam, ut homo, qui erat in duobus componentibus diutius dissolutus, duobus retinaculis frenaretur, *& sic fieret pax orbi terræ omnibus excessibus limitatis.*

PETRUS DAMIAN.

Tom. III. Opusc. Edit. 1642.

In uno Mediatore Dei & hominum, hæc duo, regnum scilicet, ac sacerdotium divino sunt conflata mysterio; ita sublimes istæ duæ personæ, tanta sibimet unitate jungantur, ut quodam mutuæ charitatis glutino, & Rex in Romano Pontifice, & Romanus Pontifex inveniatur in Rege.

PLAID. DE GILBERT. DE VOIS.

inséré dans l'Arrêt du Parlem. de Paris contre M. de Laon rendu le 20. Fev. 1731.

Ambæ hæ poteſtates immediate a Deo emanant, & earum quælibet in ſemetipſa poteſtatem ſuæ inſtitutioni & fini conſonam complectitur: ſique verum eſt, prout dubitari nequit, quod ſibi invicem mutuum præſtare debent auxilium, id erit non quidem vi cujusdam ſubordinationis & dependentiæ, ſed potius per mutuum conſenſum & concurſum.

„Les deux puiſſances „immédiatement émanées de Dieu trouvent „chacune en elle même, „le pouvoir, qui convient à leur inſtitution „& à leur fin; & s'il eſt „vrai, comme on ne „ſauroit en douter, „qu'elles ſe doivent une „aſſiſtance mutuelle, c'eſt „par voie de correſpondance & de concert, & „non pas de ſubordination & de dépendance.

DOMAT

Loix civil. prelim. Ch. 10.

Deus eſt, qui in ordine ſpirituali religionis ſtabilivit poteſtatum eccleſiaſticarum miniſterium, ipſe in ordine ſpirituali politiæ facit reges regnare, & totum pote-

„C'eſt lui (Dieu) qui „dans l'ordre ſpirituel „de la religion établit „le miniſtére des puiſſances eccléſiaſtiques. „C'eſt lui qui dans l'ordre temporel de la police

potestatis auctoritatisque pondus tribuit. Inde sequitur, quod quia religio & politicum regimen ab eodem hoc communi divinæ ordinationis principio descendit, etiam mutuo conspirare, & se juvare teneatur.

„lice, fait régner les „Rois, & donne aux sou„verains tout ce qu'ils „ont de puissance & „d'autorité. D'où il suit „que la religion & la „police n'ayant que ce „principe commun de „l'ordre divin, elles doi„vent s'accorder & se „soutenir mutuellement.

IVO CARNOT.

ad Paschalem PP. Epist. 238.

Novit paternitas vestra, quia regnum Francorum præ cæteris regnis Sedi apostolicæ semper fuit obnoxium, & idcirco quantum ad regias personas pertinuit, nulla fuit divisio inter regnum & sacerdotium. Quod ergo hactenus cum pace & utilitate Ecclesiæ observatum est, humiliter petimus, ut de cætero observetur, & regni Francorum pax & summi sacerdotis nulla subreptione dissolvatur. *Novit paternitas vestra, quia, cum regnum & sacerdotium inter se conveniunt, bene regitur mundus, floret & fructificat Ecclesia; cum vero inter se discordant, non tantum parvæ res non crescunt, sed etiam magnæ res miserabiliter dilabuntur.*

Eædem poteſtates ſpiritualis & temporalis, quamvis ſint in earum miniſterio diſtinctæ, in communi tamen illarum fine, ſcilicet ordinem conſervandi, conveniunt, & mutuo ſe juvant; religionis enim lex eſt, & eorum, qui miniſterium exercent, eſt officium, cuilibet inſpirare & præcipere obedientiam erga poteſtates temporales, non modo ex metu ſuæ auctoritatis, & pœnarum, quas ſtatuit, ſed & ex eſſentiali debito, & impulſu conſcientiæ atque ordinatæ charitatis. Viciſſim temporalis politiæ lex eſt, & debitum illis, qui illius miniſterio funguntur, impoſitum, ut religionis exercitium

Les mêmes puiſſances ſpirituelles & temporelles qui ſont diſtinguées dans leur miniſtere, ſont unies dans leur fin commune de maintenir l'ordre; & elles s'y entr'aident réciproquement. Car c'eſt une loi de la réligion & un devoir de ceux qui exercent le miniſtere d'inſpirer & de commander à chacun l'obéiſſance aux puiſſances temporelles, non ſeulement par un ſentiment de crainte de leur autorité & des peines qu'elles impoſent, mais par un devoir eſſentiel & par un ſentiment de conſcience & d'amour de l'ordre. Et c'eſt une loi de la police temporelle, & un de-

citium tueantur, & profana quoque auctoritate viribusque contra eos, qui ordinem perturbant, utantur. Ita ambo hæc ministeria inter se consentiunt, & mutuo sese fovent.

devoir de ceux, qui en exercent le ministere, de maintenir l'exercice de la religion, & d'employer même l'autorité temporelle, & la force contre ceux qui troublent l'ordre; Ainsi ces deux ministeres s'accordent & se soutiennent mutuellement.

ARNULPHUS

Epist. ad Alexandrum III.

Quasi quibusdam sibi invicem complexibus dignitas ecclesiastica, & dignitas regia occurrunt, cum nec regia salutem sine Ecclesia, nec Ecclesia tranquillitatem sine protectione regia consequatur.

BOUCHEL

Biblioth. Can. par Blondeau T. I. p. 353.

Ita utraque hæc potestas (sacra & profana) quia ab eodem principio scilicet Deo procedunt, inter se concordare . . . mutuo suas vires

Ces deux puissances (la spirituelle, & la temporelle) procedantes d'un même principe, qui est Dieu, doivent avoir une même correspondance en-

vires & efficaciam communicare debent.

ensemble . . . se communiquer mutuellement leur vertù, & leur énergie.

BOSSUET

Defens. Libert. Cler. Gallic. P. I. Lib. I. Sect. 2.

Satis claruit, duas quidem potestates esse oportere, ecclesiasticam, & civilem, distinctis officiis, quæ principales sunt, ac supremæ, & tamen sociæ, ac supremæ quidem, suo quæque in officio, ne, si ad unam omnino referantur, hæc vel onere victa collabascat, vel ut Gelasius docuit, plus æquo extollatur utraque potestate suffultus; conjunctæ tamen, & amicæ, ne societas humana distrahatur.

OO.

Die geistliche und weltliche Macht in einem christlichen Staate müssen sich durch wechselseitige Dienste und Gefälligkeiten unterstützen. S. 136.

S. BERNARDUS

Epist. 244.

Nec dulcius, aut amabilius, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumque conjungi seu complantari invicem potuerunt, quam ut in persona

